

verò semisse sapememoratis VVolfango & Ioanni Andrez, eorumve heredibus omni remissionis ac veniæ spe præcisa pendendarum multam dare iam nunc damnas esto. Hac tamen lege, vt prædicti Enter, quaterna vt minus Exemplaria vniuscuiusque libri statim post finitam cuiusque editionem, ad Cancellariam nostram Imperialem suis sumptibus curent transmittenda: Quod si neglexerint hac nostra gratia ac Priuilegio neitiquam gaudere possint: Sed eo statim priuati & exuti esse censeantur. Mandamus ergo vniuersis & singulis nostris, & Sacri Imperij Regnorumque Prouinciarum, ac Dominiorum nostrorum hæreditariorum subditis cuiuscunque status, gradus, ordinis, dignitatis, conditionis aut fortunæ existant tam Ecclesiasticis quam secularibus, præsertim verò iis, qui in Magistratu constituti, vel proprio vel Superiorum nomine ac loco ius dicunt, Iustitiæque exercent administrationem, atque ad eò Imperiali nostro librorum Commissario Francofurti, ne quenquam Priuilegium & interdictum hoc nostrum Cæsareum temerè & impunè transgredi aut violare quouis modo superius expresso ac prohibito patiantur. Quin potius contumaces, si quos fortè compererint præscripta pœna multari, aliisque modis idoneis curent coërceri, ni grauissimam nostram indignationem incurrere, & eandem multam luere voluerint. Harum testimonio litterarum, manus nostræ subscriptione, & sigilli nostri Cæsarei impressione munitarum; quæ dabantur in Ciuitate nostra Imperiali Ratisbonæ die vigesima tertia mensis Maij, Anno Domini millesimo, sexcentesimo, quinquagesimo tertio, Regnorum nostrorum, Romani decimo septimo, Hungarici vigesimo octauo, Bohemici verò vigesimo sexto.

**D**ie 2. Octobris 1658. VVolfangus Junior, & Ioannes Andreas Enter, Bibliopolæ Norinbergenfes ius suum præsentis Priuilegij concesserunt LAURENTIO ANISSON, Bilibopolæ Lugdunensi.

### CONSENSVS.

**L**ibrum hunc inscriptum, D. IOANNIS GVTTIEREZ Iuriconsulti Hispani *Praxis Criminalis Civilis & Canonica*, typis mandari, & in lucem edi, sumptibus LAURENTII ANISSON, Bibliopolæ Lugdunensis, Ego Regis Consiliarius, & Procurator in Lugdunensi Præfectura non impedio. Lugduni die 19. Nouembris 1659.

VIDAVD.

### PERMISSIO.

**L**ibrum inscriptum, D. IOANNIS GVTTIEREZ, *Praxis Criminalis Civilis & Canonica* à LAURENTIO ANISSON, typis mandari permitimus. Lugduni die 20. Nouembris 1659.

SEVE.

### PRAXIS



# P R A X I S C R I M I N A L I S, C I V I L I S, E T C A N O N I C A I N L I B R V M O C T A V V M N O V Æ C O L L E C T I O N I S R E G I Æ.

## S V M M A R I V M.

- 1 Inquisitio quid sit, & quadruplex, & de praxi Inquisitionis a iudicibus seruanda? & per totam questionem, præcipue num. 48.
- 7 Inquisitio in criminalibus duobus modis fit, ex officio iudicis, vel ad instantiam, & querelam partis. Et de iure civili regulariter iudex non potest procedere ex officio ad Inquisitionem, sed ad querelam, vel instantiam partis, vt in num. 8. & quid debeat procedere ad hoc, vt ex officio possit iudex procedere? num. 9. de praxi procedendi, num. 10. quid iure canonico, n. 11. & num. 12.
- 14 Inquisitio non procedente fama, nulla & inuvalida est, ampliatur, num. 15. & sequentibus, num. 19. reuocatur opinio eiusdem in casu de quo hic. Limitatur, num. 28. cum seqq.
- 21 Fama, quæ procedere debet ad inquirendum, qualis esse debeat?
- 22 Fama ad inquirendum procedere debet à fide dignis, & non maleuolis personis, alias non sufficit ad formandam Inquisitionem. Et in dubio præsumitur præcessisse à fide dignis, non autem à maleuolis, vt in num. 23.
- 24 Iudici afferenti famam præcessisse ad inquirendum non creditur, nisi de ea aliunde appareat per testes, &c. vt hic.
- 24 Inquisitio nulla ex defectu infamiae precedentis, non conuallidatur, etiam quod postea testes in ea producti plene probauerint delictum, de quo inquisitio non erat diffamata.
- 26 Statutum mandans posse contra non diffamatum inquire non valet.
- 27 Iudex procedens ad Inquisitionem, fama non procedente, ad quid teneatur?
- 29 Iudex, vel ciuitas, quæ habet merum imperium, potest creare Officiales publicos, qui denuntient maleficia.
- 30 Inquisitio facta fama, vel indicia non precedentibus parte non opponente, valet, & tenet, & num. 31.
- 32 Inquisitio facta de mandato Principis motu proprio, fama non procedente, valet, & Praxi Criminalis.
- tenet, secus si ad postulationem partis, quid aliud requiratur, quando Inquisitio fit de mandato Principis motu proprio? num. 33.
- 34 Inquisitio in crimine hæresis potest fieri etiam nulla procedente diffamatione, & quomodo hoc intelligatur?
- 35 Inquisitio generalis, & specialis, potest fieri contra Officiales in Syndicatu; etiam fama non procedente?
- 36 Inquisitio potest fieri ad denunciationem vnius probi viri.
- 37 Inquisitio fieri potest generaliter de crimine, etiam non procedente fama, secus specialiter. Ampliatur, & declaratur, num. 38. & num. 39. & 40. & probatur, num. 49.
- 41 Inquisitio generalis duplex est vt hic, & in n. 2. cum seqq.
- 42 Nominatio facta per testes examinatos in Inquisitione generali, de speciali delinquente aperit viam iudici ad specialiter contra illum inquirendum, etiam nulla procedente fama, & etiam quod tales testes sint examinati parte non citata.
- 43 Inquirere generaliter licet iudici ad veritatem eruendam cadauere reposito, cuius delicti nemo sit infamatus, non tamen de persona particulari, infamia contra eum non procedente.
- 44 Inquiri potest indicia precedentibus loco diffamationis. Debent autem indicia esse legitima, vt in num. 45. Et quæ dicantur legitima in proposito, num. 46. Et non debent esse iam urgentia, sicut ad torquendum, vt in num. 47.
- 50 Inquisitio generalis super ipsa fama fieri potest contra aliquem etiam modica, vel nulla diffamatione procedente.
- 51 Inquirere potest absque diffamatione, quando delictum est notorium, & publice commissum coram populo, vel maiore parte eius vt hic.
- 52 Inquirere potest absque diffamatione in delicto occulto proditorie commissio.
- 53 Inquirere potest iudex ex officio post accusationem formatam a parte ea desistente.
- 54 Inquirere potest iudex ex officio ad impediendum delictum in futurum committendum.

- 55 Inquirere potest index de delicto ex sola denunciatone.
- 56 Es an ipsa denunciatio sufficiat ad transmittendam informationem contra ipsum denunciatum & remissioe, num. 56.
- 57 Inquirere potest contra non infamatum, quando est infamatus de crimine annexo, ut in specie de qua hic. Declaratur, n. 58.
- 59 Inquirere potest absque infamia precedente ad sciendum an ad sit aliquod secretum impedimentum, vel inhabilitas ad admittendum, vel excludendum aliquem ab officio, vel dignitate.
- 60 Inquirere potest index ex officio contra eum, quem ipse index vidit committentem delictum, absque ulla querela denunciatone, vel diffamatiōe, nisi ipse solum index viderit illud committi, ut in num. 62.
- 61 Index ex officio potest procedere contra testem Tabellionem, &c. coram se falsum deponentem vel committentem.
- 63 Fama quibus testibus, & quomodo probanda sit, & numeris seqq. precipue, num. 66. 67. & 68. cum seqq. vbi ad fin.
- 64 Testes deponentes de fama debent reddere rationem sui dicti, sufficientem, alias non probant. Etiam non interrogari, ut in n. 65.
- 66 Quid requiratur ad probandam famam, & quod oporteat audiri fuisse publice à maiori parte hominum populi, num. 66. & sequenti.
- 68 Non requiruntur quod expressè testes deponant à maiori parte populi audivisse, num. 68. & declarat, num. 69. cum multis sequentibus.
- 74 Fama orta ex intervallo post delictum, & multo magis post accusationem, Inquisitionem, vel incarcerationem nihil valet, num. 74. contrariam tamen, num. 75. & concordantur opinionones, num. 76.
- 77 Testes super fama deponentes an debeant numerare auctores, & eos à quibus fama ortum habuit, & num. 78.

De Inquisitione.

QVÆSTIO I.



**V**ERO primò, quid sit Inquisitio, & quotplex & de praxi Inquisitionis à iudicibus seruanda? Nonrunt omnes etiam leuiter eruditi, inquirere idem esse quod diligentius abdita indagare, quasi intus querere, & secreta detegere, & in iudicium deducere Batt, in l. r. anfigere, num. 13. C. de tranfact. & ibi DD. idem Bart. postillimum, in l. 2. §. si publico, à num. 13. vbi ad num. 18. ff. de adult. Pet. Gregor. in sua synagm. iuris vniuersi, lib. 12. cap. 6. num. 1. sed & aliis modis Inquisitionis distinctio, seu descriptio à Doctoribus explicat, ut constat ex citatis per Profpet. Farin. in suis quest. criminalibus 1. p. de Inquisitione. quest. 1. num. 3. vbi ipse eam probat, quod Inquisitio nihil aliud est, quam delicti informatio iudicis officio & auctoritate facta secundum Iudocum in pract. crim. tit. de Inquisit. c. 8. num. 1. & placet etiam Iul. Clar. in pract. crim. quest. 3.

vulsi, & seq. & adverte, & quest. 11. in princ. & Hieron. Magon. decis. Lucen. 22. n. 9. increpantes eos, qui crederent quod procedere per viam Inquisitionis fit quando index reo Inquisitionem transmittit, cum tamen iste transmissiois actus, non Inquisitionem, sed incitationem cum dimissione copie libelli Inquisitionis sonet: at Inquisitionis verbum proprie attribuitur primo actui, in quo index contra delinquentem procedit, qui quidem primus actus in assumendis de delicto informationibus consistit, & non in aliis sequentibus actibus, totus tamen processus nihilominus dicitur factus per viam Inquisitionis, ut patet.

Inquisitio autem duplex est, vna Generalis, quæ in plures alias diuiditur: alia omnino Specialis: illa fit ad inueniendum, hæc ad condemnandum, & puniendum, quando habitis iudicibus delicti contra aliquem de eo inquiritur, ut declarat Bart. in d. l. 2. §. si publico, Boss. in pract. crim. tit. de Inquisit. num. 2. cum seqq. Iul. Clar. in pract. crimin. quest. 5. vers. poterit igitur, & quest. 20. in princ. & quest. 50. in vers. item quia, Menoch. de presump. lib. quest. 88. num. 7. & 8. vbi alios citat. Farin. d. quest. 1. num. 4. in vers. sicut hæc Doctores, &c. Et optime Anton. Gomez de delictis, c. 1. num. 49. in princ. ibi fecu vero. ¶ Vbi quod si in Inquisitione generali index reperiat aliquem culpabilem potest ad Inquisitionem particulem, & specialem descendere, & probato delicto, reum condemnare & punire per textum quem dicit expressum, sic intelligendum in l. congruit, ff. de officio præsidis, & ibi communiter DD. & tenent alij plures, quos ibi idem citat & Maran. de ordin. iudic. in 6. p. in princ. tit. de Inquisitione, num. 6. & infra dicemus & tenet etiam Iul. Clar. d. q. 5. ad fin. in vers. quando vero, vbi alia in proposito vitia adducit.

Et de præd. duplici Inquisitione Generali, scilicet, & Speciali fit mentio in l. 4. huius tit. lib. 8. noue collect. Reg. & in l. 1. eiusdem tituli, & libri. ¶ Aliam & tertiam speciem Inquisitionis ultra supra dictas constituit Azeued. in l. 1. num. 42. tit. 1. hoc lib. 8. Mixta, scilicet, generalis simul & specialis, generalis quoad personas, specialis quoad delicta, vel contra generalis ad delicta, specialis ad personas, ut cum index syndicatur de officio & in eo gestis de quibus etiam latè nouissimè alios allegans agit Ludouic. à Paramo de origine Inquisitionis, lib. 1. quest. 6. num. 1. cum sequentibus precipue, num. 5. & 8. cum sequentibus, vbi quod his duobus modis hodie contra delinquentes per Inquisitionem proceditur, imò vbi que terrarum præctia vsu, & communi filio receptum est secundum Innocent. & alios quos refert. Illud est obseruandum in proposito: quod absque eo quod aliquod specialiter præcedat contra aliquem, quotiescumque iudici constat aliquid quod maleficium commissum fuisse, statim potest inquirere generaliter super ipso maleficio vt inueniat personam, quæ commisit maleficium & habito aliquo indicio contra aliquem, vocat deinde illum ad se defendendum & ita seruat totus mundus, ut inquit Innocent. in c. bona l. 1. n. 5. de elect. quem refert & sequitur plures allegans Iul. Clar. in sua pract. crim. d. quest. 5. in vers. bene verum est, & probatur in l. 1. in vers. per eundem mandamos, &c. & in l. 6. in vers. Pero si, d. tit. hoc lib. 8. ¶ Praxis igitur erit, quod si non fit portecta contra aliquem querela, vel denunciatio, vel aliter aperta via iudici ad specialiter inquitendum, sed tantum constet delictum fuisse commissum,

commissum, index statim ex officio inquit generaliter interrogando testes, quos putat de negotio informatos in genere, an sciant, quis delictum commiserit neminem nominando. Quando vero certus est delinquentes, puta, quia portecta est contra aliquem querela, vel denunciatio tunc index non inquit generaliter, sed specialiter interrogando testes quid sciant de contentis in ipsa querela vel denunciatiōe, in qua ille est specialiter nominatus ita Iul. Clar. vbi supra modo eum citauimus & constat etiam ex dictis legibus Regiis.

7 Vterius obseruandum est, quod in causis criminalibus (quæquid alij velint) duobus modis, proceditur, scilicet, vel ex officio, vel ad instantiam & querelam parris: non enim practici in toto iure ciuili vel Canonico, nec in tota practica, quæ ex consuetudine communiter obseruatur aliquem alium modum procedendi in criminalibus inueniunt: de illo priori acturi sumus in præfenti; nempe de Inquisitione quæ ex officio: secundum vero hoc est, quando per querelam proceditur suis locis declaratur remittimus.

8 De iure communi ciuili regulariter index non potest ex officio procedere vt tenuit glossa in d. l. 2. §. si publico verb. sine accusatione, ff. de adult. & ibi Bart. idem Bart. in extrauagante ad reprimendum verb. per Inquisitionem, & in l. Athletas, §. calumniator, ff. de his qui notantur infam. & illa gloss. est communiter approbata, teste Alber. in l. ea quidem, num. 4. Cod. de accusat. pro vt eum refert Apollilla ad Angel. de maleficiis in verbo, hæc est quedam Inquisitio, num. 38. versic. in quantum Angel. est communis vt cum aliis testatur Iul. Clar. in practica crimin. lib. 5. §. final. quest. 3. in versic. ex aduerso autem, & quest. 5. versic. quero, & Farinaccus in suis questionibus criminalibus prima parte, quest. 1. num. 7. vbi tam dicit communem plures allegans, & num. 9. limitat in delictis exceptis, & probat latè Anton. Gomez vbi supra, d. num. 49. per totum, vbi nouem casus fallentis congerit & remissioe Iul. Clar. d. quest. 5. versic. sciu etiam, ¶ Vbi quod ad hoc vt index possit in aliquo casu contra aliquem inquirere, & ex officio procedere, non sufficit dicere quod ille est vnus, ex casibus in quibus est permilla Inquisitio, neque quod contra eum est aliquod indicium etiam proximum maleficio, nunquam enim potest nec debet à se ipso procedere ad inquitendum, siue allumendas informationes, vel indicia specialiter contra aliquem, nisi aliquid præcedat quod aperiat viam Inquisitionis, scilicet, vel diffamatio, vel querela parris, vel denunciatio, vel huiusmodi, quia aliter esset processus ipso iure nullus, etiam si delictum fuisse deinde plene probatum: & quod in hoc non attenduntur notificationes factæ extraiudicialiter, neque illæ, quæ sunt incerto auctore, & suppreffo nomine notificantis: nam super huiusmodi notificationibus prohibuit ut procedi, etiam si in eis esse nominati testes de iplo delicto informati, & quod si super eis fieret processus esset ipso iure nullus tante de hoc decreto illius dominij in nouis constitutionibus in tit. de accusatiōe, c. omnibus, §. nec etiam, ita Iulius Clarus, vbi supra, addè Menoch. de arbit. iudic. lib. 1. q. 78. per totam.

9 Contra superiorem communem sententiam, quæ habet quod regulariter de iure ciuili index non potest ex officio procedere tenet Salic. in d. l. ea quidem, n. 48. nempe Inquisitionem esse Praxis Criminalis.

permissam quolibet casu de iure ciuili, sicut de iure Canonico, vbi præcedit infamia, vel alia præsumptio, quem sequitur post alios, quos refert Anton. Gomez in 3. tom. de delict. cap. 1. num. 49. in vers. 3. vbi etiam quod ita practicitur in hoc Regno: sequitur etiam Aegidius Bossius vbi supra n. 8. dicens esse hanc opinionem satis equam, & ideo tenendam permaximè, quia cum ipsa conuenit communis practica, & quod communiter in Italia vigent statuta, quod omni casu Officiales possint inquirere, & quod Mediolani hoc seruatur & communiter DD. dicunt ex consuetudine seruati, de qua consuetudine prius attestatur Gandin. in tit. quomodo cognosc. de malef. per Inquisitionem post numerum 6. in versic. sed hodie, vbi etiam subdit quod ita vidit obseruari, quem refert, & sequitur idem affirmans & probans alioque allegans Iulius Clatus, vbi supra, quest. 3. vers. sed cerè, & d. q. 5. versic. quero, idem probat cum communi plures citans Farin. vbi supra, num. 10. vbi quod dicitur remedium ordinatum ex generali consuetudine, & tenet cum Nauar. & Ludouic. Lopez, Emanuel, cap. 3. del orden iudicial, num. 3.

Hæc praxis in nostris Regnis Hispania probata est in l. prima huius tit. 1. lib. 8. noua collectionis Regia, ibi: Por ende mandamos que si algun robo ó otro qualquier maleficio se hiziere, que el Alcalde, ó juez en cuyo termino el dicho maleficio, ó robo fuere fecho haga pesquisa, è inquisicion sobre ello, y oya à la parte, y le de copia y traslado de la pesquisa, y sumariamente proceda, porque los delictos no queden sin pena, & in leg. 6. infra hoc eodem titulo, ibi: Pero si tal cosa fuere fecha, quier en yerno, quier en villa, quier de noche, quier de dia, y ningun o diere querrela al Alcalde, el Alcalde de su officio sepa la verdad por pesquisa, ó por donde mejor la pudiere saber. Porque razon es, que los malos, y desaguisados: y malechores no queden sin pena, & nuncupatim sobre los aduinos, y forteros, que fiat Inquisitio l. 6. eiusdem tituli.

Iure autem Canonico per textum in c. qualiter, & quando cum similibus de accus. super omnibus criminibus indifferenter possunt iudices inquirere, & procedere ex officio ad publicam vtilitatem, secundum Archid. in c. falsis, §. fin. de pennis in 6. Angel. de malef. in parte hæc est quedam Inquisitio Aegidi Bossi in tit. de Inquisit. num. 8. est communis secundum Marian. Socin. in c. qualiter & quando, num. 108. in fin. de accusat. pro vt eum refert & sequitur Iul. Clar. d. quest. 5. versic. & liget, sequitur alios allegans Farinac. vbi supra n. 8. vbi cum communi, iuxta quem tam de iure Canonico, quam ciuili Inquisitionis remedium erit extraordinarium. Sed attempta generali consuetudine, erit hodie remedium ordinarium, vt præ diximus.

Sed ad hoc vt index ex officio procedere possit ad inquitendum contra aliquem, debet aliquid præcedere, quod aperiat viam Inquisitionis, scilicet, vel diffamatio, vel querela parris, aut de mum citatio, vel aliud huiusmodi: non enim potest à se ipso procedere ad inquitendum, siue ad assumendas informationes, vel indicia specialiter contra aliquem, nisi quod præ diximus præcedat, aliter enim processus esset ipso iure nullus. Hic est textus expressus, & capitalis in materia, quem totus mundus in ore habet, ad quem ad hoc allegat in d. cap. qualiter & quando de accusat. vbi habetur: legitur enim in Euangelio quod villicus ille, qui diffamatus erat apud dominum

dominum suum, quasi dissiparet, bona ipsius, audiuit ab illo, quid hoc audio de te? reade rationem villicationis tuae: iam enim non poteris amplius villicare, & in Genesi Dominus ait: descendam & videbo vtrum clamorem, qui venit ad me, opere compleverim: ex quibus locis noui, & veteris Testamenti manifeste probatur, quod non solum cum subditis, verum etiam cum Praelato excedit si per clamorem ( & nunc ad rem) & famam ad aures superioris peruenerit, non quidem à maleuolis & maledicis, sed à prouidis & honestis, nec semel tantum, sed saepe, quod clamor inuirit, & diffamatio manifestat, debet coram Ecclesiae senioribus veritatem diligentius perferatari, vt si rei poposcit qualitas Canonica districto culpam feriat delinquentis, non tanquam idem fit accusator & reus, sed quasi de denuntiante fama, vel deficiente clamore, officij sui debitum exequatur, & ibi communiter omnes Doctores text. optimus in c. Inquisitionis, §. tertia dubitationis, eodem tit. de accusat. vbi quod neque ad petitionem eorum, qui libellum infamationis portigunt in occulto, hoc est, quasdam schedulas, procedendum est ad Inquisitionem super contentis ibidem criminibus faciendam, & ibi communis Doctorum, Simanc. de institut. cathol. tit. 44. num. 10. Concil. Tolet. celebratum ann. 1365. c. 12. allegatum per additionem Bernard. Diaz in pract. crimin. cap. 6. lit. C. pag. 19. & de hoc late agit Dominicus à Soto de ratione legend. & detegend. ser. memb. 2. quest. 6. per totam, & Maran. de ordine iudic. 6. part. in princip. in materia Inquisitionis, num. 19. cum sequentibus, qui num. 14. & 32. loquitur in Praelato visitante Ecclesiam, tunc namque inquitur ex officio de moribus, & idoneitate Clericorum, & ista Inquisitio fit solum ad correctionem & penitentiam imponendam, non autem ad effectum puniendi, de qua specie agit etiam Hostiens. in Summa, tit. de Inquisitione, §. & qualiter procedatur, & Altamir. in tractatu de visitatione in verb. Metropolitanis vero num. 24. cum sequentibus, & n. 61. cum sequentibus, & num. 87. cum sequentibus, & generaliter in quacumque Inquisitione, Auton. Gomez vbi supra, & optimè Roland. à Valle, conf. 24. n. 16. cum seqq. lib. 1. & iterum, num. 89. & 90. idem conf. 57. num. 7. cum sequentibus, lib. 4. nec non & omnes Criminalistae, praecipue Iul. Clar. d. quest. 5. versic. sed scias, cum sequentibus, & quest. 6. in princ. vbi que est communis sententia Doctorum, & communem plures allegans testatur Roland. à Valle, d. conf. 57. num. 9. lib. 4. vbi que diffamatio debet probari per duos testes omni exceptione maiores, aliam Inquisitio non tenet, & Menoch. de arbit. iudic. quest. 78. per totam, lib. 1. Pegnet. decif. crimin. 35. Petr. Gregor. in sua synagoga in vniuers. lib. 32. cap. 6. in princip. Tyber. Decian. 1. tom. tract. crimin. lib. 5. cap. 29. in princ. Simanc. d. tit. 44. num. 8. & alios allegans Paramo. d. lib. 3. de orig. Inquisitionis, q. 6. num. 41. Et haec est communis sententia, vt plurimos eam sequentes allegans affirmat Farin. in d. q. 1. de Inquisitione, n. 50. & ex Theologis allegati per Emanuel Rodriguez in sua Summa, c. 3. del. orden. judicial. n. 1. & 2. vbi exemplificat, Salon de iustitia & iur. quest. 69. art. 2. controu. 6. pag. 1500. cum sequentibus.

13 Quod adeo procedit, vt non praecedente infamia contra aliquem inquit non possit contra eum, etiam si sint vnus, duo, vel tres testes qualificati de delicto, in c. Inquisitionis, §. tertia, de accusat. vbi dicitur, nullus est pro crimine, super

quo aliquis non labore infamia, seu clamorosa praecesserit insinuat, puniendus: ergo nec inquiri potest contra eum. Sed hoc intelligendum est vt dicemus infra num. 47.

Imò Inquisitio, non praecedente fama, nulla & inualida est, vt constat ex dictis iuribus, etque communis sententia, vt plurimos congerens affirmat Farinac. in quest. 9. de Inquisitione, num. 1. & annullata Inquisitione omnia contenta in processu inquisitionali formato conuertitur videtur, etiam si testes probent delictum contra inquisitum, vt cum Socino Iun. Marfilio, & Grato probat Roland. à Valle, d. conf. 57. num. 29. Ad dens num. 30. hoc procedere etiam si sententia transisset in rem iudicatam, quia adhuc de inepitudine Inquisitionis posset opponi ex Iason in l. eleganter, §. si quis post. ff. de conditione indebiti. Et ratio est, quia huiusmodi exceptio reddit iudicium, & sententiam ipso iure nullam, Gratian. conf. 59. num. 5. volumine 2. & Matfil. conf. 130. num. 17. Quid autem fit infamia agemus infra alia quaestione.

Ampliat 1. haec reg. vt procedat etiam in eo iudice, qui à statuto, seu Principe plenum habet arbitrium in procedendo, & puniendo delinquentem: adhuc enim non praecedente infamia inquirere non potest, vt in cap. 1. & ibi gloss. verb. liberam, & alij DD. de officio ordin. & congerit plurimos eos sequutus Farin. d. q. 9. de Inquisitione, n. 2. intellige, vt in 3. limitatione, de qua infra.

Secundo ampliat, vt procedat non solum in iudice delegato, sed etiam in ordinario, secundum communem de qua per Alciat. in cap. 1. num. 134. de officio ordin. & Farin. vbi supra num. 3. tametsi contrarium voluerit Ang. in l. si uacantia, C. de bon. vac. lib. 10. quia in hoc Ang. communiter reprobat secundum Alciat. vbi sup. Cardin. Alexand. & Foller. relatos per Iulium Clarum, d. quest. 6. versic. sed reserua, & Farinac. vbi supra, d. num. 3.

Ampliat 3. vt diffamatio praecedere debeat, siue iudex procedat ad partis querelam, & accusationem, siue etiam ex officio, secundum communem sententiam, quam refert, & sequitur plurimos citans Farinac. vbi supra num. 4. vbi maiorem videri dubitationem in Inquisitione formatam ad partis querelam, quam Inquisitionem formatam ex officio, vt ibi argumentatur resoluens nihilominus, quod in contrarium est communis omnium Doctorum opinio, vt patet ex relatis à se supra auctoribus in quibus omnes vnaanimiter, & sine difficultate diffamationem requiri asserunt in Inquisitione formatam ad partis querelam, licet dabent de formatam ex iudicis mero officio. Sed nihilominus vide dicta infra limitatione.

Ex quibus reicienda est altera ipsius Angel, 19 sententia, in d. l. si uacantia, num. 177. in vers. de quinto articulo tenentis, quod quando Inquisitio formatum, ex puro, & mero officio iudicis non requiritur diffamatio per textum in d. cap. 1. de officio ordin. & ideo inquit ipse cautos debere esse Rectores terrarum, vt cum formant Inquisitionem contra aliquem semper dicant, haec est, quaedam Inquisitio, quam facit, & format talis potestas ex puro, & mero officio, & hanc Angel, sententiam sequitur Arimen. in addit. ad eundem Angel. de malef. in verb. haec est quadam Inquisitio, num. 57. dicentes affectores communiter hoc obferuare, Alexand. conf. 120. col. 2. volumine 6. Alex. de Neno, conf. 86. in princ. provt eos

eos refert Roland. à Valle, d. conf. 57. num. 7. volumine 4. & Ioan. Matfil. Monticell. in pract. crimin. reg. 1. num. 59. practice. Contrad. fol. 253. versic. 6. alique nonnulli relati per Decian. conf. 8. n. 51. volum. 1. verum errant praed. DD. vt constat ex supra dictis in Praelato visitante Ecclesiam, & inquirere, ex officio de moribus, & idoneitate Clericorum, & ita contra Angel. in hoc proculdubio est magis communis opinio, vt ex alijs affirmat Clarus, d. quest. 6. in versic. idem etiam: & contra Ang. in hoc esse communem sententiam alios referens profertur Roland. à Valle, d. conf. 57. n. 28. vers. non obstat, & pessimè loquitur Angel. in hoc secundum Aegidium Bossium de Inquisitione, n. 21. & ideo non est recedendum à praed. ampliatione, quæ est verior, & communior, vt per Clarum, & Farin. & alios supra allegatos, & nouissimè eam sequitur Osalcus, conf. 64. n. 3. vers. & non obstat.

20 Saluari tamen potest praed. Angel. & sequacium sententia, quando non incipitur ab Inquisitione speciali, sed generali, in qua testes examinati nominant specialiter inquisitum quo casu subintrant indicia ex depositionibus dictorum testium, ideo nimirum si fama praecedere non debeat, vt alios allegans probat Farinac. d. quest. 9. num. 22. & probauimus supra in princip. huius quaestiois, in versic. Inquisitio autem, num. 2.

21 Obferuandum tamen est in proposito, quod fama praecedens Inquisitionem debet esse vehemens, & à clamorosa insinuatione procedens saepe ad iudicis aures deueniens & talis, quod scandalum generaret, nisi iudex inquireret, sicque non sufficit, quod sit fama simplex, ita Barr. in l. congruis de offic. praesid. & in l. fin. ff. de officio praesid. vbi, Maran. de ordin. iudic. 6. p. num. 19. in tit. de Inquisitione, vbi alios plures refert: est communis, vt alios allegans profertur, Farinac. d. q. 9. n. 5. vbi hoc declarat cum Clar. d. q. 6. vers. quæro nunc, & versic. item quæro, vt procedat in Inquisitione, quæ formatur contra Praelatum, sed si contra subditum, tunc enim sufficit simplex fama praecedens etiam quod non sit scandalosa, & periculosa, secundum Cardin. Alex. quia ita communitè tenere DD. dicit in e. de accus. col. 28. in fin. de accusat.

22 Debet etiam fama praecedens Inquisitionem ortum habere à fide dignis, & non maleuolis personis, alijs non sufficit vt ex ea formetur Inquisitio, d. cap. qualiter & quando, de accusat. vbi Abb. Maran. de Inquisitione, num. 21. Emanuel Rodr. in sua Summa, c. 7. del. orden judicial, n. 17. sequitur plurimos referens Farinac. d. q. 9. num. 6. & quest. 47. n. 44. cum sequentibus post Boss. tit. de Inquisit. num. 38. in princip. & Malcard. de probat. lib. 2. concl. 754. num. 21. & ita est tenendum, quidquid dubitet de hoc Boss. vbi supra, cuius rationi satisfacit Farin. d. q. 47. n. 45. cum seqq. vbi que. Nihilominus quando constaret, famam ortum habuisse à maleuolis, & non fide dignis viris, tunc non sufficeret ad inquirendum, sed in dubio (nisi contrarium probetur) praesumitur famam fuisse ortam à fide dignis, non autem à maleuolis secundum Bossium.

23 Est et verum vt ibi probat. Sed idem Farinac. d. quest. 47. num. 210. cum sequentibus, iterum agens de hoc eodem articulo, & concludens cum communi sententia quod testes probantes famam debeant esse expectatæ fidei, & optimæ opinionis, vel vt dicunt DD. omni exceptione maiores, secundum quam plures DD. quos ibi ad Praxis Criminalis.

hoc citat, & inter eos Malcard. de probat. 2. tom. conclus. 740. num. 37. in num. 211. refert etiam esse communem sententiam plures allegans, quod hoc debeat articulari, & probari quinque praedictos testes deponentes de fama esse maiores omni exceptione, & n. 112. refert alios tenentes contrarium, & tandem n. 215. refert Boss. in tit. de Inquisit. num. 38. 39. & 40. distinguentem in hoc articulo, nempe vt 1. opinio procedat, quando sumus in casu, in quo testes super fama deponentes vel plene probant, vel indicium faciunt ad torturam: tunc namque requiritur quod articuletur, & probetur testes de fama deponentes esse maiores omni exceptione. 2. vero opinio contraria, vbi tractatur solum ad inquirendum tunc id non requiritur. Et num. 314. ipse inquit, hanc distinctionem Bossij rationabilem videri, & de iure etiam admittendam in Inquisitione generali, sed in speciali propter maximum praesudicium, de quo tunc agitur, & tandem num. 15. inquit hoc nunquam vidisse obseruatum in praxi, siue agatur ad inquirendum specialiter, siue generaliter: ac etiam siue ad inferendum torturam, nempe articuli quod testes sint omni exceptione maiores quamuis de iure esse articulandum, & probandum magis communiter receptum sit, vt supra deduxit.

Ampliat 4. vt adeo fit necessarium, quod fama praecedat Inquisitionem, quod nec creator iudicis asserenti Inquisitionem famam praecessisse, nisi de ea aliunde appareat per testes particulariter super fama receptos, & examinatos, Fulgos. conf. 107. col. 2. & conf. 136. in 6. col. est communis & magis communis, vt plures citans testatur Farinac. d. quest. 9. num. 7. tametsi aliqui relati per Clar. in practice. criminal. q. 31. vers. fama publica, contactum asseruerint praesertim in iudice ordinario, ex officio procedente, & ita communiter DD. tenere dicant in practica, sed nihilominus praecedens magis communiter recepta ampliatio sequatur indistinctè, vbi fama Inquisitionem praecedere debet, secundum Farin. vbi supra, quia si aliter diceremus, secundum Clarum vbi supra, esset in potestate cuiuslibet iudicis, sic asserentis facere fraudem legi, destruereturque in totum supradicta principalis regula, ideoque ab ea non est recedendum, quam etiam sequitur Osalcus, d. conf. 64. n. 2. in fine, in vers. unde non sufficit.

Ampliat 5. vt Inquisitio nulla ob defectum praecedentis infamiae non conuallidetur, etiamque postea testes in ea producti plene probauerint delictum, de quo inquisitum non erat diffamatus Speculat. in tit. de Inquisitione, §. nunc videndum, num. 6. vbi Bald. in addit. est communis vt plurimos conferens affirmat Farin. vbi supra d. q. 9. de Inquisitione, num. 8. vbi etiam quod talis Inquisitio nulla, non conuallidatur per subsequentem confessionem.

Ampliat 6. vt non valeat statutum mandans posse de delicto contra non diffamatum inquiri Cardin. in Clem. 1. n. 23. de officio ordin. Petr. Dueni. in reg. 298. in 2. ampliatione, Decian. conf. 18. n. 4. lib. 1. & alios allegans Farin. d. q. 9. num. 9. vbi que ideo statim statuto, quod in criminalibus potestas possit liberè inquirere, non per hoc tamen poterit inquirere contra non diffamatum secundum communem, & veriorè sententiam, quam ibi refert.

Ampliat 7. quod iudex procedens ad Inquisitionem, fama non praecedente teneatur inquisitis in syndicato, ad damna, expensas,

& interesse de quibus contra ipsum iuratur in litem, etiamque cum abfoluerit, Amodeus de *synodic. n. 139.* Bald. in *rubr. C. de parva iudic. qui male iudic. in princ.* Paris de *Puteo de syndic. verb. Inquisitio, num. 9.* Roland. à Valle, *conf. 3. num. 13. volum. 3. & conf. 94. num. 30. volumine 4.* Olfacus, *d. conf. 64. num. 6.* quos & alios refert, & sequitur Farin. *d. 9. num. 10.*

28 Nunc regula supradicta communis limitatur 1. ut non procedat in Inquisitione, quæ sit ad denunciationem publici Officialis ad hoc deputati, in qua non est necesse, vt fama præcedat, Bald. & Salic. & communis in l. ea quidem, *Cod. de accus. Bart. in d. Congruit, & in l. Diuini, ff. de custod. reorum, Duñ. vbi alios refert in d. reg. 298. in 4. falla.* & Farin. *d. 9. n. 11.* imò tenetur tunc index inquirere, alias facit litem suam, vt per Marant. qui vtiqueque sequitur de *ordin. iud. tit. de Inquisitione, num. 24.* & Ant. Gomez d. c. 1. de delict. num. 49.

29 *vers. 2.* vbi addit, quod quilibet index, vel ciuitas, quæ habet merum Imperium potest creare Officiales publicos, qui denuncient maleficia & ibi late probat.

30 Limitatur 2. vt parte non opponente de infamia non præcedente, valeat & teneat Inquisitio etiam fama non præcedente, c. 2. de *accusat. lib. 6.* Marfil. in *pract. crim. §. constante, num. 20.* Angel. de *malef. vbi. quod fama publica, num. 7.* & in *ver. b. hac est quadam Inquisitio, n. 51.* Maran. vbi *suprà, n. 7.* Cepol. *conf. crim. 68. n. 3.* P. Duñ. in *d. reg. 258. in 1. limitis* est communis, vt plures allegans affirmat Farinac. *d. 9. num. 12.* post Clar. *d. 9. vers. vltimus facias.* ¶ Idem est, quando similiter pars requisita non opposuit, quod non erant indicia ad inquirendum, tunc namque valet processus, & Inquisitio sine legitimis præcedentibus indicibus formata textu in *d. c. 2. de accusat. lib. 6.* & refer plures referens Farinac. de *Inquisitione, q. 1. num. 49. ad fin.*

32 Limitatur 3. in Inquisitione formata de Principis mandato, & scientia motu proprio emanata, secus si ad postulationem patris, iuxta gloss. in *c. 2. verb. fuerat de accus. lib. 6.* est communis, secundum Marfil. in *pract. crim. §. constante post n. 12. vers. sed hanc,* idemque plures allegans affirmat Farinac. *d. 9. de Inquisitio num. 13. per totum,* vbi etiam hoc declarat procedere dummodo Princeps expressè dicat sibi de delicto, & eius fama constare, secus si simpliciter mandaret inquiri: quia adhuc intelligitur fama præcedente.

33 Requiritur etiam ad hoc, quod Princeps vtatur verbis assertiuis nempè dicendo, & quia nobis constat talem esse infamatum, secus si vtatur verbis narratiuis, vt pura dicendo, & quia multorum clamor ad nos conuenit, quod est infamatus, hoc namque casu necessaria est diffamatio, Ioan. And. in *addit ad Speculat. tit. de Inquisit. §. nunc tractamus vers. hoc autem notandum,* Petr. Duñ. alios referens in *reg. 299. in 18. falla.* & Mascart. de *probat. tom. 2. concl. 753. n. 35.* est communis, secundum Anan. in *c. cum oportet, n. 2. de accus. quem refert, & sequitur Clar. d. 9. 6. vers. præterea scias in fine,* & Farin. *d. n. 13. ad fin.* vbi quod non sufficit isto casu assertio Pape quam facit per narratiuam patris, sed debet esse sui ipsius propria assertio; habemus pro supra dictis bonam l. 9. tit. 16. p. 3. ibi: *ò de esta misma edad,* ex quibus intelliges l. 4. *huiu tit.* nempè vt Inquisitio generalis possit fieri, sine diffamatione speciali, verb. *minimè,* nisi Princeps assertiuè diceret, sibi constare de crimine, vel quod fama deuenit ad eius notitiam per supra dicta.

Limitatur 4. in crimine hæresis, in quo etiam 34 nulla præcedente diffamatione, ad Inquisitionem index procedere potest, text. in *c. excommunicamus, §. adiciamus,* & ibi Card. & Ioan. de Anan. de *hæreticu,* & plures referens Duñ. in *d. reg. 298. in 9. limita.* Boss. de *hæret. num. 6.* Simanc. in *pract. hæres. eos, tit. 22. de Inquisit. ordin. num. 6. & 7.* est communis, secundum Farin. in *d. c. qualiter & quando, in princ. in vltimis verbis,* quem refert Clar. *d. 9. 6. vers. item scias,* & Farin. *d. quest. 9. de Inquisitione, num. 14. vbi num. 15.* ampliat hanc limitationem, vt procedat etiam in crimine læsæ Maiestatis, & etiam in omnibus aliis enormibus delictis secundum plures DD. quos ibi ad hoc citat: & quod in crimine hæresis propter ipsius enormitatem possit procedi absque eo quod præcedat diffamatio, sed sufficiat ad inquirendum vehemens suspicio communiter tenetur vt inquit Felin. in *d. cap. qualiter & quando,* Anton. Gomez d. c. 1. de delict. num. 49. *vers. 5.* amplians, in crimine læsæ Maiestatis, falsæ monetæ & contra naturam, vel simili, ex iuribus & DD. quos ibi citat Carrer. de *hæres. num. 110.* Arelat. de *hæret. noi. ab. 26. num. 3.* Tyber. Decian. 1. *tom. tract. crim. lib. 5. c. 20. n. 18.* Rojas de *hæret. in princ. Inquisit. num. 428.*

Sed Decian. *d. lib. 5. cap. 29. num. 1.* hanc limitationem veram intelligit quoad Inquisitionem generalem nulla præcedente fama, & tandem *num. 4.* resoluit quod erit Inquisitio nulla, & per consequens totus processus, si non præcedat indicia, vt in *d. cap. qualiter & quando, & in l. infidelissimos, Cod. de officio rector. provinc. & tradit Decian. *conf. 170. colum. 2. & conf. 189. colum. vltim.* & in terminis consulti Crauet. *conf. 292. professor nolle, num. 1. 5. & 6.* vbi id ampliat, etiam si data esset Inquisitoribus potestas procedendi ex arbitrio suo, quia saltem iuxta diffamationem debet esse vnus testis, nisi prius aburrasset hæresim, quis tunc leuiora indicia sufficerent vt per Carrer. de *hæret. n. 80.* eandem sententiam, atque distinctionem, contra superiore limitationem, prius tenuit, & probauit rectissimè cum aliis D. Simanc. de *instit. cathol. tit. 43. de ordine proced. n. 7. cum seqq.* dicens quod pro Inquisitione procedunt Inquisitores plerumque motu proprio ratione officij sui, & interdum ad vltorius promotionem vel denunciationem, idque, vel generaliter, vel specialiter: generaliter inquirunt quoties Prouinciam vistant, & generaliter edicta proponunt ad inquirendos occultos, & incertos hæreticos, & hæc Inquisitio non exigit necessario præcedentem infamiam, sed ratione officij fieri potest ac debet in fidei Catholice fauorem, & Christianæ Reipublicæ utilitatem, vt in *d. §. adiciamus, & §. fin. d. c. excommunicamus, Bart. in l. 2. §. si publico, ff. de adult. specialis etiam Inquisitio est per quam specialiter de certis personis, & criminibus inquiritur, & hæc fieri non debet nisi præcedente infamia, quæ vicem accusationis obtinet: in crimine tamen hæresis procedi potest ad hanc specialem Inquisitionem propter indicia, & suspensiones verisimiles, etiam si infamia non præcedat, quod cautè & secretè fieri debet ac sine damno cuiusquam iuxta, *d. §. adiciamus,* qui de fama quæ præcedere debet meminuit, & ad hoc refert Simanc. plures DD. ita tenentes, & ita tenendum, atque obseruandum: tenent: ibique agit Simanc. an Inquisitores procedere possint aduersus hominem bonæ famæ propter literas secretas, quibus de illo aliqua crimina hæresis, vel apostasie indicantur.**

In crimine autem læsæ Maiestatis non potest procedi per Inquisitionem absque indicij gloss. & DD. in l. si quis alicui, *Cod. ad l. Jul. maiest.* tener plures congerens Roland. à Valle, *d. conf. 57. num. 12.* idem in crimine hæresis, & prodicionis contra Regem vel ciuitatem, vt cum vno teste possit inquiri, etiam deficiente infamia probat Emanuel Rodriguez in *sua Summa, cap. 3. del. orden iudicial, conclus. 2.* vbi idem cum communi probat in crimine simoniz, & iterum, *cap. 7. num. 17. circa fin.*

35 Limitatur 5. vt non procedat in Inquisitione, quæ sit contra Officiales, & eorum familiam & ministros in syndicato finito officio, quæ & generaliter, & specialiter etiam fama non præcedente indistinctè contra eos formari potest Paris de *Puteo, in tract. syndic. in verb. proceditur autem in syndic. Maran. de ordine iud. 6. p. tit. de Inquisit. num. 28.* Petr. Duñas in *d. reg. 298. in 10. limit. Clar. d. 9. vers. ceterum,* & Farin. *d. 9. de Inquisit. num. 16.*

36 Limitatur 6. quando aliquis denunciatur de crimine, per aliquem probum virum, quia tunc prædicta denunciatio est sufficiens, vt inquiratur contra eum super infamia tantum, & non super crimine: sed reperta infamia potest inquiri de crimine, Abb. in *c. licet n. 4. & in vltim. noi. ab. & ibidem Innoc. Ancar. & Felin. num. 3. de accusat. & Marian. n. 19.* vbi de communi, Duñas *d. reg. 298. in 8. limitatione, Clar. d. 9. 6. vers. scias etiam,* Farin. *d. 9. num. 17.*

37 Limitatur 7. reg. præd. vt procedat in Inquisitione speciali, quæ sit contra aliquam certam personam, ad quam index nullatenus deuenire potest, nisi fama præcedente: secus autem in Inquisitione generali, quando index informationes in genere assumit, quis commiserit delictum: quia ad hanc generalem delicti informationum assumptionem index, etiam non præcedente fama, tunc deuenire poterit Innocent. in *c. bona el. 1. num. 6. de offic. ord. Duñas, d. reg. 298. in 16. limitatione, Bero. in d. cap. qualiter & quando, num. 34. vbi que hoc omnes fatentur, Clarus, d. quest. 6. vers. scias etiam. D. Azeved. in l. 1. num. 42. tit. 1. hoc lib. 8. noue collect.*

38 Idque multo magis locum habebit in Inquisitione illa generalissima de qua in l. congruit, ff. de officio præsid. & in *cap. 1. de offic. ordin. & in cap. irrefragabilis eodem tit. & in cap. excommunicamus de hæret. & in cap. placuit 10. quest. 5.* ea scilicet, quæ sit non ad inuestigandum vnum delictum: sed plura delicta, & facinorosos in genere, in quo multo minus diffamatio requiritur secundum Innocent. in *cap. 1. de postulat. Pralat. Abb. in cap. ad minimam el. 2. num. 2. de iure iur. Marfil. in pract. crimin. §. constante, n. 20.* Angel. de *malef. in verb. hac est quadam Inquisitio, num. 5. 1.* Salic. in *l. ea quidem, n. 30. C. de accusat. Caiet. 2. 2. q. 59. art. 1.* Petr. Duñ. in *d. reg. 298. in 2. limitatione, Marant. vbi supra, n. 29.* & Farin. *d. 9. de Inquisitione, num. 18.*

39 Limitatur & 8. non procedat in casibus in quibus præcessit Inquisitio generalis, quia vt *suprà in princ. huius c.* dicebamus ex ea potest perueniri ad specialem contra certam personam reprobam culpabilem in Inquisitione generali, ad quam non requiritur, quod præcedat fama probatio. ¶ Ex quo generalis illa Inquisitio est præparatoria ad specialem, Bart. in *extrauag. ad reprimendum in verb. Inquisitionem, & in l. 4. §. in mandatis, ff. ad l. Iulianam pecul. & in l. 2. §. si publico, num. 6. ff. de adult. Duñ. alios allegans, d.*

*reg. 298. in 11. limitat.* Ioan. Marian. Monticel. *reg. 1. num. 54. in sua pract. crim.* Et ita est tenendum, tamen Marant. de *ordin. iudic. 6. part. tit. de Inquisitione, num. 30. & 31.* dicit, quod si hæc limitatio vera esset, penitus remaneret destructa reg. princip. quia omnes Officiales in princ. sui regiminis generalem Inquisitionem, hoc est bana contra facinorosos in genere emittere solent, & sic sequeretur, quod vigore d. generalis Inquisitionis semper posset contra certam personam specialiter inquirere fama non præcedente, quod nil absurdum esse videtur, ad hoc namque optimè responderet Farinac. de *Inquisitione, quest. 9. num. 19.*

¶ Duplicem esse generalem Inquisitionem, vt 43 præmissimus, vnam quæ sit per Officiales in principio sui regiminis contra omnes facinorosos in genere de qua in *d. l. congruit, de offic. præsid.* cuius loco hodie succedunt bannimenta per postestatem terrarum emissa: alteram quando commisso vno particulari delicto ignoratur à quo, index inquit, & assumit informationem non specialiter contra certam personam: quia hoc regulariter facere non potest nisi contra diffamatum, sed generaliter, quis illud delictum commiserit, & in hac Inquisitione nulla requiritur præcedens fama: vtroque casu, si post Inquisitionem hanc generalem, vel ex ea proueniant aliqua particularia indicia potest ad specialem contra certam personam deueniri, etiam nulla fama præcedente: sine indicij autem non, quia indicia succedunt loco diffamationis, vt infra dicemus, & ita distinguendo cessat omnis absurditas vt per Marant. *vbi supra n. num. 31. & Clar. quest. 5. in vers. poterit igitur index, ex Innocent. in cap. bona el. 1. num. 5. de elect. vbi que ita seruat eorum mundum, quem sequitur Bald. in l. edicta in repetitione Patru, num. 30. Cod. de edendo, & in l. ea quidem, num. 42. Cod. de accusat. Anan. in cap. qualiter & quando, el. 1. §. debet num. 9. de accusat. Cardin. Alexand. in c. de accusat. col. 1. 1. vers. Inquisitio generalis, 2. quest. 8.* ¶ Nominatio enim 42 facta per testes examinatos in Inquisitione generali de speciali delinquente aperit viam iudici ad specialiter contra illum inquirendum, etiam nulla præcedente fama, & etiam quod tales testes sint examinati parte non citata secundum Bart. in *d. l. 1. §. si publico, num. 9. de adult.* est communis, teste Arcer. in *c. cum oportet, n. 14. in fin. de accusat.* quem referunt, & sequuntur Clar. *d. quest. 5. in vers. poterit igitur index, in fine,* & Farinac. *d. quest. 9. num. 18. ad fin.* ¶ Et quia 43 reperto caduere, cuius delicti nemo sit infamatus liceat iudici generaliter inquirere ad veritatem eruendam, quis scilicet, eum hominem occiderit non tamen inquirendo de persona particulari infamia contra eum non præcedente tenent Theologi, quos refert & sequitur Emanuel Rodriguez in *sua Summa, cap. 3. del. orden iudicial conclus. 3.*

¶ Limitatur 9. præfata communis regula, vt 44 non procedat, quando indicia præcedunt Inquisitionem, ea enim succedunt loco diffamationis, imò fortiora sunt indicia quam diffamatio, Ang. de *malef. in verb. quod fama publica, colum. 2. vers. & tenementi, num. 3.* & ibi eius additio, & alios referens Marant. de *ordin. iud. 6. part. tit. de Inquisitione, num. 22.* Hippolyt. in *pluribus consil. relatis in sumario tabula, verb. Inquisitio formari:* probat late Anton. Gomez 3. *tom. c. 1. de delict. num. 49. vers. 9.* vbi alios allegat, & inquit quod in nostro regno ita præd. & Ægid. Boss. de

Inquisitione, num. 27. idem in iudiciis grauibus, & notoriis probat, & tenet cum aliis Emanuel Rodriguez in sua Summa, cap. 3. del. orden iudic. num. 1. Roland. a Valle, consil. 24. num. 18. cum sequentibus volum. 1. & consil. 3. num. 15. volum. 5. & consil. 57. num. 10. cum sequentibus volum. 4. ubi ampliat ut procedat etiam in crimine laesae Maestatis, & etiam si iudex habeat liberum arbitrium procedendi secundum suam conscientiam, Ioan. Maria, Monticell. in practica crimin. reg. 1. num. 40. Menoch. consil. 100. lib. 1. Decian. consil. 18. num. 50. volum. 1. Duchas d. reg. 298. in 12. limitatione, lul. Clar. in pract. crim. q. 20. versic. ad formandam, Eman. Rodrig. in sua Summa, c. 3. del. orden iudic. ubi late declarat Fatnac. d. q. 9. de Inquisitione, num. 20. ubi ampliat, & resolutum cum aliis in hac specie requiri indicia propinqua, non autem remota sufficere, nisi sit vnus testis de visu, quia hic sufficit ad inquirendum etiam nulla praecedente fama, & ita est tenendum quidquid cum Nauar. in cap. inter verba, concl. 6. n. 116. aduersus communem praefatam sententiam, & contra D. Thom. eam teneantem in 2. 2. quest. 69. artic. 2. contrarium probat Salon de iustit. & iur. d. quest. 69. a 1. 2. controuers. 6. col. 1500. cum seq. nempe indicia non sufficere ad inquirendum specialiter contra aliquem non diffamatum, si dos, vel tres testes iurati omni exceptione maiores afferant, se vidisse hominem illum delictum illud commisisse, hoc namque aduersus communes, & receptas traditiones est, & praeterea contra omnem rationem naturalem, quae namque quoad maior diffamatio esse potest, quam quae resulat ex duobus testibus de visu deponentibus, dicente domino in Euang. quod in ore duorum, vel trium stet omne verbum? denique plenior probatio delicti est ad condemnandum ea quae fit duobus testibus, de visu deponentibus, quam de fama, fama namque refertur ad communem & publicam estimationem, & assertionem hominum, quae plerumque fallax est & falsa, non enim affirmat vere delictum a tali certo homine esse commissum: sed quod ita fertur, ut vero testes de visu deponent de ipsomet delicto oculis propriis viso committi. Si igitur hi sufficiunt ad condemnandum quod est plus, quare sufficere non debent ad inquirendum, quod est praebambulum ad condemnandum, & minus hoc? Hoc tum intelligendum est, praeterea, si praed. testes in secreto hoc dixissent Praelato vt de remedio provideat, tunc enim cum reus de eo crimine non sit infamatus non poterit Praelatus, vel iudex contra eum inquirere, nec publice eum punire, vt in iuribus de quibus in d. reg. communis, ex quibus ita etiam Emanuel Rodrig. ubi supra d. c. 3. del. orden iudic. num. 2. ubi grauitate reprehendit Praelatos Ecclesiasticos, & regulares contrarium facientes, & docet quid tunc sit faciendum, & sic intelligit cap. Inquisitionis de accusat. & cap. qualiter, & quando.

45 Debet autem indicia Inquisitionem praecedentia esse legitima, vt probant, & indubitanter praesupponunt omnes Doctores de hac re agentes dum dicunt, & resoluunt requiri ad Inquisitionem, vt indicia praecedant, & Inquisitionem formatam, sine iudiciis praecedentibus esse ipso iure nullam iuxta communem omnium resolutionem, quam infinitos allegans refert, probat, & sequitur Farinac. in rit. de Inquisitione, quest. 1. num. 4. cum sequentibus, ubi eam ampliat, & limitat pluribus modis: & ibi in terminis num. 45. quod praed. indicia ad Inquisitionem de-

beant esse legitima, vt nouissimè scripsit Flamin. Cartar. in suo tract. de execut. sententiarum, c. fin. n. 56. per l. iustissimos, C. de offic. iudic. & l. milites, C. de qq. 69.

Quae autem sint ista legitima indicia requisita ad inquirendum, variant DD. & relatis in hoc quinque eorum diuersis opinionibus Farin. d. q. 1. n. 45. ad fin. rectius probat hoc totum iudicium arbitrio remittendum cum Contad. Lanzeloto, quem refert in pract. rit. de Inquisit. num. 33. hoc tamen arbitrium non erit liberum & absolutum, sed iure regulatum. § Sufficiens tamen ad inquirendum ea indicia etiam, quae non sunt sufficientia ad torquendum, & in hoc nemo discepat, cum tortura sit maioris praedictij quam Inquisitio, vt probat etiam Farin. d. q. 1. n. 46. & 47. ubi numeris sequentibus, alia in proposito vilia in praxi aduertit.

Limitatur decimo; quicquid sit de iure, totum contrarium docet practica, quae communiter obseruatur, vt inquit Iulius Clarus, in sua practica criminali, q. 6. in princip. ubi: sed certe ubi etiam quod iudex confitendo de delicto assumit informationes in genere, & interrogat primo testes, quos putat esse de negotio informatos, super veritate criminis, scilicet, an sciant, quis malicium illud commiserit, & si dicant se nescire, tunc interrogat eos super diffamatione neminem nominando, sed in genere interrogando, contra quem illius delicti fama laborat, & si ex eorum delictis resulter probatio fame contra aliquem, tunc contra eum specialiter inquitit & ad vltiora contra eum procedit, vel per citationem, vel per capturam iuxta qualitatem indiciorum, & sic eodem contextu iudex assumit informationes super veritate criminis, & super diffamatione: sed semper praecedat quetela, & vel denunciatio, vel aliter aperitur via iudici ad inquirendum, repetit idem Auctor in d. quest. 6. in versicul. scias in fine, & in versicul. ego vero & in fine questionis, in versicul. ergo: quam proximè supra probauimus, & sequuti sumus & in Hispania credo seruari.

Sed hoc videtur contra iura praed. nempe cap. 48 Inquisitionis, §. 7. & c. qualiter & quando el. 2. de accusat. & contra recepitissimas Doctorum traditiones supra relatas: quo fit vt ideo Roland. a Valle d. consil. 57. num. 26. cum sequentibus existimet dictum Clari de quo modo agimus licet magnum sit, tamen sperandum, cum videamus Doctores antiquos, ac modernos concludere, quod diffamatio requiritur, nec sit aliquis eorum, qui dicat quod de consuetudine aliter obseruetur, nisi, saluando Clarum. dicamus illud procedere in statu Mediolan. in quo ipse moram traxit, quod vltra Roland. constat ex eodem Clario d. quest. 6. versic. praeterea circa fin. ubi: qui (vt dixi) hac practica diffamationis apud nos recessit ab aula. Praerferim quia allegat cath. consil. 99. num. 1. inter consil. diuers. Doctorum lib. 1. dicentem quod totus mundus sequitur, quod Inquisitio non praecedente diffamatione, & non sumptis informationibus est nulla, & quod hac conclusio est valde trita, quam omnes consulentes affirmant.

49 Sed re vera haec non videntur inter se contraria, fatemur enim Inquisitionem specialem contra aliquem formatam esse nullam, si fiat non praecedente diffamatione, vel legitimis iudiciis: nihilominus tamen incipi potest ab Inquisitione generali, an testes sciant, quis maleficium illud commiserit, quod si nesciant, tunc deueni-

deueniendum est ad diffamationem in genere neminem nominando, sicque per hoc aperitur via ad inquirendum in specie contra diffamatum: operatur itaque praed. generalis Inquisitio, vt deueniri possit ad specialem, & sic est praeparatoria, siue praebambula ipsius, quae fit ad inuestigandum, non ad puniendum, & iste est eius effectus, scilicet, vt per eam possit deueniri ad specialem vt plures referent, tenet Anton. Gomez 3. tom. cap. 1. de delict. num. 49. versic. secu vero: idem Clarus quest. 50. vers. item quia, at vero iurament. praed. atque communis reg. procedunt in Inquisitione speciali facienda contra aliquem, vt ex eisdem patet, praxis vero communis id non negat, sed imò fatetur, attamen habet etiam iuridicè vt incipi possit ab Inquisitione generali absque diffamatione, vel iudiciis eo modo, quo inquit Clarus quod communiter Doctores fatentur, vt resoluimus supra limitatione 8. nempe famam non requiri ad generalem Inquisitionem, sed ad specialem tantum. Vnde si ex generali Inquisitione resulter infamia contra aliquam certam personam, vel indicia legitima, hoc sufficit ad hoc vt deinde contra illam certam personam inquiri possit alias secus, praxis itaque praed. nedum non est contra ius, sed imò iuri ipsi consona est, & seruatur pro vt in terminis tenuit post haec scripta visus Farinac. de Inquisitione, quest. 9. num. 21. per totum, & Azueved. in d. l. 1. num. 24. cum sequentibus in iurto, num. 41. tit. 1. hoc lib. 8. noua collect. reg. & quod ad Inquisitionem omnino generalem, vt in ea iuridicè interroget iudex nulla requiritur infamia, vel clamorosa infamatio, nullus accusator vel denunciator probat late Salon de iustitia, & iur. q. 69. artic. 2. controuersia 5. col. 1496. ad fin. & col. sequenti, quod iure regio ex d. l. 1. & aliis probat Azueved. ubi supra, & praedictam differentiam inter Inquisitionem generalem, & specialem late probat Salon ubi supra controuersia 7. col. 1502. cum sequentibus, ubi etiam testatur hanc esse consuetudinem vniuersalem totius orbis Christiani, vt in iuncto caduere, & si nulla sit infamia de auctore homicidij, omnes iudices timorati ac pendentes inquirant: ibique late probat plures allegans iudicem iuste posse imò, & debere hoc facere siue secularis sit, siue Ecclesiasticus, quando crimen graue est, vt furtum vel homicidium sequitur non alios allegans Emanuel Rodriguez in sua Summa, cap. 5. del. orden iudic. num. 3. resoluens secus esse in Inquisitione speciali, contra certam personam, quia haec quamuis delictum publicum sit, formati non potest, nisi praecedente diffamatione praeterea quam in quibusdam casibus specialibus de quibus supra, & ibi etiam per eos.

50 Vnde decimo limitatur praefata communis regula in Inquisitione, quae fit contra aliquem super ipsa fama, hae namque fieri potest modica diffamatione praecedente, ita Innocent. in cap. licet in fin. de accusat. quem sequuntur communiter DD. secundum Marian. Socin. ibi num. 9. teste Claro, d. q. 6. versic. scias etiam, ubi inquit idem dicendum esse in Inquisitione, quae fit ad inueniendum ipsum crimen: nam in ea pariter non requiritur, quod praecedat infamia, vt fatentur omnes ex Bero, in d. cap. qualiter & quando, num. 34. & ita obseruat practica, secundum Clarum, vt scilicet, ad eam Inquisitionem, quae fit ad inueniendum crimen, vel ad assumendas informationes super fama, non solum modica diffamatio sufficit: sed imò nulla requiritur quando in genere

inquiritur, neminem nominando quod supra iam probauimus.

51 Duodecimo, regula communis amittit officium suum, quando delictum est notorium, vt si quis occidat hominem, vel aliud committat delictum in publico coram populo, vel maiore parte eius, vel in praesentia iudicis sedentis pro tribunali, taliter quod habeat facti euidenciam, text. in l. ea quidem versic. verum, C. de accusat. cap. manifesta, & in cap. de manifesta, & in cap. que Lotarius, §. in manifestis, & in cap. Deus omnipotens, §. quoniam autem 2. q. 1. & in cap. rna nos, & in cap. vestra de cohabit. Clericorum, & mul. cum communi, & Anton. Gomez, d. c. 1. de delict. n. 46. versic. 3. ubi & in versic. 4. idem probat quando quis delinquit coram iudice, vt si testis falsum testimonium dicat vel patris falsos testes producat, vel Tabellio, &c. Et hoc quando delictum est publicum atque notorium, nec non & delinquens manifestus est: secus si occultus sit, & quamuis delictum publicum sit vt in regula communi de qua supra.

Decimo tertio limitatur eadem regula communis in delicto occulto proditorie commissio, ex textu in l. 1. in principio, & in §. occisorum ff. ad Syllan. Specul. in titulo de Inquisitione, §. quando autem, Anton. Gomez ubi supra, versic. 7. sed in hoc idem probat, quod resoluimus supra num. 34. in crimine atrocissimo haerese laesae Maestatis, & similit.

Decimo quarto fallit, quando delictum iam peruenit in notitiam iudicis per accusationem de eo formatam, & accusator desinit vel mortuus est, quia tunc iudex potest procedere ex officio & inquirere, & punire l. 2. C. de abolit. & ibi gloss. & DD. & in l. penult. ff. de public. iud. & ibi Bartol. Specular. ubi supra §. 1. versic. 2. si accusator, Anton. Gomez ubi supra versic. 8. sed hoc intelligo, quod procedere, inquirere, & punire possit parte desistente, vel mortuo iuridicè & iuxta iuris ordinem.

Decimo quinto limitatur communis regula, 54 vt procedat, & intelligatur ubi agitur de delicto iam commissio: secus si ageretur de delicto committendo, & vt dicitur delicto futuro: quia tunc valebit Inquisitio, etiam infamia non praecedente, vt cum Barbat. in cap. cum oporteat in penult. col. de acensatione tenet Hippolyt. de Marfil. consil. 126. num. 10.

Decimo sexto, dictum denunciantis maleficium sufficit ad inquirendum. Hae est communis conclusio, vt cum Boffio in rit. de denunci. post num. 2. affirmat Clarus quest. 7. in versic. habes igitur, ubi eam intelligit veram quoad Inquisitionem id est ad recipiendum indicia siue informationes contra eum, qui pro reo nominatur in denunciatione: per hunc namque modum, scilicet per denunciationem aperitur via iudici ad inquirendum, quia denunciatio succedit loco diffamationis, vel quetelae, & sic aperit viam iudici ad inquirendum ex officio contra aliquem, quod alias de iure non posset non praecedente quetela, vel diffamatione, vt praediximus adeo quod ita dicitur procedere iudex ex officio quando praecedat sola denunciatio, sicut quando praecedat sola diffamatio, & ideo facta denunciatione, iudex super ea assumit informationes, & indicia, & eis assumptis format libellum sine Inquisitione in qua narrat, quomodo propter denunciationem, datam per talem Officialem intendit ex officio procedere contra, &c. Vt communiter obseruatur in practica telle practica. Papiens. in forma Inquisitio

Inquisitione in verb. hac est quadam Inquisitio post num. 39. & ita etiam quotidie esse in usu testatur Bossius in ist. de denunciationse, num. 2. ita referent Julio Claro d. quest. 7. col. 1. hac omnia intelligens tam in denunciationse, quae fit ex necessitate officij, quam in ea quae fit ab alio non exercente officium: eandem declarationem, & limitationem principalem hoc est, quando proceditur per viam denunciationsis, vel per accusationem partis laeae tenet in terminis cum Soro, Emanuel Rodriguez in sua Summa c. 3. del orden iudic. n. 5. ad fin.

56 An autem denunciatio praed. sufficiat ad transmittendam Inquisitionem contra eum qui de ipso delicto imputatur (loquuti enim tantum sumus quoad inquirendum, id est, ad recipiendum indicia, siue informationes delicti contra eum) distinguit late Jul. Clar. d. q. 7. in versic. habes inquitur, de quo non est noster praesens sermo & ideo id alibi dicitur remitto.

57 Decimo septimo declaratur regula communis praefata, vt procedat, quando crimen de quo reus non est infamatus annexum non est ei de quo infamatus est, sed si sit illi annexum de quo iam infamatus est veluti circumstantia ipsius, vt si inquirendo de infamato eum concubina, deprehendatur esse Monialis, vel ad eam alendam futuri: quia tunc potest iudex de isto occulto ita

58 deprehensio inquirere. Si vero annexum non sit, & iudex solus illud deprehendit, non potest de illo inquirere: si autem iudex & alij simul conuenientes processum, & inquirentes de priori illud deprehendant, potest de illo inquirere, quia quoad multis in iudicio deprehensum est, in iure censetur notorium, ita Soro de ratione, regendi & detegendi secret. memb. 2. quest. 1. quem refert, & sibi probabilior videtur hac distinctio Soti, Salon. de iust. & iur. quest. 69. art. 2. col. 1511. versic. Soro, & col. sequenti in versic. sed opin. & sequitur Emanuel Rodrig. in sua Summa de casis de consciencia, cap. 3. del orden iudic. num. 4. ex quo recte improbat Salon ubi supra aliam diuersam in hoc sententiam Nauarr. in cap. inter verba num. 197. & 676.

59 Decimo octauo, limitatur communis regula, vt non procedat, quando specialis Inquisitio fit contra certam personam non ad punitionem, sed ad scientiam an adit aliquid secretum impedimentum, vel inhabilitas ad admittendum, vel excludendum aliquem ad officium vel dignitatem: quia tunc non est necessarium quod praecedat infamia, cap. postquam, & cap. cum delicto, & cap. nihil de electione, c. fin. de clandest. despons. Innocent. in c. nihil de excess. pralat. Emanuel Rodr. ubi supra, num. 3. in prin. & Salon. de iust. & iur. in 2. 2. q. 69. art. 1. col. 1509. ibi tertio, quando inquiruntur merita.

60 Decimo nono fallit communis regula praefata, quando iudex vidit aliquem delinquentem delictumque illud probati posse testibus a nemine tamen denunciatur, vel accusatur, tunc namque poterit statim inquirere, & informationes asumere contra praed. delinquentem absque ulla querela, denunciationse, aut diffamatione praecedente, quoniam ad hoc vt iudex possit iuridice procedere hac desiderantur, vt si aliquis accusatur, & crimen sit probabile in iudicio, quae duo hic concurrunt, praesentia enim iudicis, & aliorum licet paucorum habet vim accusatoris, & per eosdem qui videntur potest probati in iudicio, neque enim iudicium est occultum, quod per testes iuridice probati po-

test, maxime si delictum illud aliis nocet denique, quia si aliud diceremus delicta similia remanent impunita contra bonum Reipublicae, quod esset absurdum. ¶ Sic etiam videmus, quod procedit Inquisitio, quando in aliqua causa ciuili, vel criminali, quis delinquit coram iudice, vt si testis falsum testimonium dicat, vel pars falsos testes producat, vel Tabellio falsitatem committat, aut Aduocatus, vel Procurator dolum, aut fraudem perperet, quia tunc iudex potest, ex officio sine accusatore contra eum inquirere ipsosque punire, l. nullum, Cod. de testibus, l. penultima, Cod. de probation. & l. penult. Cod. qui accusat. non possunt, & in l. 1. Cod. de calumniar. & vtrouique communiter Doctores, Barr. in l. 1. §. si publico, num. 10. in versic. 4. regula est, ff. de adult. & ibi communis, Anton. Gomez 3. tom. variar. resolut. cap. 1. de delict. num. 49. versic. 4. procedit Inquisitio: ergo ita & eodem modo poterit iudex inquirere ex officio sine accusatore, vel denunciatore super crimine in sua praesentia, & aliorum commissio ab aliquo contra tertiam personam, vel alias, ita tenet Iulius Clar. quest. 8. versic. sed pone, ibi bene ex eo, vbi addit hoc casu dandum esse rco copiam processus, & terminum defensionis prout ille recipit Senarui in causa de qua ibi per eum: eandem sententiam probauit Salon de iustitia & iur. in 2. 2. d. n. Thomae, quest. 67. artic. 2. col. 1413. in versic. sed quare aliquis. ¶ Vbi hinc deducit aliud esse in delicto, quod solus iudex noit, vel vidit, nempe vt super eo, ex mero officio procedere non valeat, quia praesentia solius iudicis, nec formalis, nec virtualis accusatoris vicem gerere potest, nec esse simul testis, & iudex: ergo ream condemnare non poterit, tamen si propriis oculis eum viderit delinquentem, nisi aliter probetur delictum, & ita tenet DD. vt inquit Alber. in 1. p. statutorum, q. 59. licet enim lex multum de iudice confidat, vult tamen quod secundum acta, & probata iustitia ministretur, alias posset iudex aliquem suspendi facere dicens, quod ipse vidit aliud quod maleficium ab ipso committi, quod non esset tolerandum, vt in proposito recte considerauit Iulius Clarus ubi supra in d. versic. sed pone in princip. & probauit latius, quest. 66. in versic. scias autem: eandem 19. fallentiam sequitur Salon ubi supra, quest. 69. art. 1. col. 1509. ad fin. versic. 5. qui in versic. 6. quod praediximus de falsum testimonium deponentem cum similibus supra adductis etiam probat.

Quarto 2. quibus testibus, & quomodo fama probanda sit: Et in hoc communis resolutio Doctorum est, quod fama debeat duobus ad minus testibus probari, vt probat Bartolus in l. de minore, §. plurimum, num. 19. & ibi Hippolyt. de Marfil. num. 52. in iuncto, num. 121. ff. de qq. Gandin. in titulo quomodo malef. cognosc. per Inquisit. num. 11. Abbas in c. vestra, num. 7. de cohabit. Cleric. & mulier. Salic. in l. ea quidem, n. 115. C. de accus. Decius in c. 1. num. 5. de appellat. & ibi Hieron. Gigas in addit. littera B. num. 36. Foller. in pract. criminal. in verbo. dentur capitula quod suffocauit uxorem, num. 37. prope fin. est communis, secundum Villalobos in suo arar. commun. opin. verb. fama, num. 9. vbi alios allegat, & in hoc omnes concordant, estque communis sententia, vt affirmat Iulius Clarus in practice. crimin. §. fin. quest. 6. versic. sciendum est tamen, & secundum Vinium in suis communibus opinionibus versic. testes in his, quae praecipuntur sensu corporeo ad fin. Malfcardus plures citans de probat. lib. 2. conclus.

conclus. 749. num. 1. & Fatinac. in suis quest. crim. de indic. & tortur. q. 47. num. 208. vbi num. sequenti, quod testis vnus super fama deponens, & contelles non habens de falso suspectus habetur ex rationibus consideratis per Natam conf. 671. n. 40. & allegat alios Ioan. Marfil. Monticell. in suo reperiario testimon. fol. 434. col. 2. vers. 2. & fol. 388. col. 1. vers. 5.

64 Debent tamen testes deponentes super fama reddere sufficientem causam scientiae alias non probant Barr. in d. l. de minore, §. plurimum post num. 19. ff. de quest. in quo omnes concordant, & communem opinionem esse dicit Simanc. teste Claro ubi supra versic. illud tamen, quoniam si fuerit interrogati testes deponentes de fama, nominare debent eos, a quibus audierunt id quod deponunt esse publicam vocem, & famam, ita Barr. in d. §. plurimum, n. 23. post Innoc. in d. §. qualiter, & quando, n. 1. quem sequuntur communiter Doctores secundum Alexand. consil. 100. post num. 4. versic. secus testis, volumus 1. & hac est magis communis opinio, quae etiam seruanda est in practice, vt ex Aret. in cap. cum oporteat post num. 38. versic. communiter tamen, relect, atque affirmat Clarus ubi supra in versic. amplius etiam.

65 Quinimo testes deponentes de fama, etiam non interrogati debent rationem reddere iuri dicti, & sic exprimere causas, indicia & coniecturas, quibus orta est fama, aliter non probant, vt per Alexand. in additad Barr. in d. §. plurimum post num. 19. littera D. ff. de quest. Socin. regula 114. in 2. fall. Decius in cap. veniens, num. 35. de testibus, & in cap. 1. num. 52. de appellat. Grammatic. consil. 42. num. 9. Cornel. consil. 233. littera D. lib. 2. vbi quod in hoc omnes concordant, & consil. 216. littera H. lib. 3. secundum antiquam impressionem Villalob. in suo arar. communium opinionum littera F. verbo, fama, post num. 7. versic. requiritur 3. Vitius in suis communibus opinionibus sub verb. testes in his, quae percipiuntur sensu corporeo ante medium, in versic. idemque videmus, Michael Crallus in communibus opinionibus lib. 2. cap. 19. quest. 1. versic. debet enim talis, vbi testatur de communi, est etiam communis, secundum Clarum, d. quest. 6. versic. illud tamen, & ita omnes vno ore concludunt, secundum Bertazol, consil. 348. num. 3. lib. 2. & ita sine dubio communiter a Doctoribus receptum est quidquid Salic. in d. l. ea quidem, num. 127. Cod. de accusat. & alij in contrarium sensisse videntur, secundum Fatinac. qui alios plurimos citat, d. quest. 47. num. 216. vbi inquit videnda, quae dixit lib. 3. quest. 70. num. 48. cum sequentibus.

66 Illud tamen in proposito hic examinare libet, quid requiratur ad probandam famam, & quomodo de ea testes deponere debeant, ad hoc vt probentur? Quod profecto satis contouersum, & difficile est inter nos, Bart. enim in l. de minore, §. plurimum, num. 22. ff. de questionibus, quem sequitur Marfil. num. 54. in fin. censuit testem dicentem, audiui ita publice dici, minime famam probare, nisi adiciat, audiui publice a maiore parte hominum huius ciuitatis. Quae sententia procul dubio communis, & magis communis est, vt plurimos congerens affirmat Fatinac. in suis quest. crim. 1. p. sit de indic. & tortur. q. 47. num. 258. cum sequenti, vbi inter caeteros refert Malfcard. de probat. lib. 2. concl. 749. num. 2. in fin. & Vulpell. consil. 5. n. 7. & consil. 30. n. 10. vbi de magis communi, & probat contrariam vrbis obseruantiam, & alios infinitos auctores.

Pro qua sententia facit alia communis doctrina eiusdem Barr. in d. §. plurimum, num. 13. & 19. cum sequentibus, & ibi Marfilus, num. 49. & 53. tenentis quod testes super fama deponentes debent dicere se audiuisse a maiore parte populi, & quod aliter non probant, quae est magis communis opinio, vt plurimos citans testatur Farin. ubi supra n. 237. qui numeris sequentibus, plurimis modis eam ampliat, & limitat.

68 His tamen nihilominus non obstantibus, contraria sententia in quaestione praemissa est tenenda, nempe quod etiam si testis non dicat se audiuisse a maiore parte populi, si tamen dicat se ita publice audiuisse sufficit, prout tenet Bald. in c. praeterea, num. 10. de testibus & in c. litteras, num. 2. de praesumpt. in cap. per tuam, num. 1. ibi publice, de probatione, cuius opinionem late defendit Salic. in l. ea quidem, num. 119. & 120. Cod. de accusat. sequitur Gandin. in Rubrica, qui ad probat. possunt, & debeant de iur. admiti, n. 14. Hippolyt. d. l. de minore, §. plurimum, num. 14. versic. sed contrarium, ff. de questionibus, Contradus in practica titulo de testibus, §. dicta testimonium assumendo, post num. 54. versic. & adde famam probari, Portius consil. 39. num. 22. & 23. & hac opinio communiter in Rota obseruatur vt testatur Casodot. decisioe 3. num. 7. de probat. & ita in Curia Romana seruatur vt etiam affirmat Paris. consil. 52. in fin. lib. 3. sequitur Alexand. consil. 103. num. 17. lib. 7. vbi dicit sibi videri quod opinio Barr. contrarium sententis magis communiter damnatur. Calcani. consil. 8. num. 11. vbique opinio Baldi contraria est communis, & in iudicando sequenda, Ferretus consil. 168. post num. 19. vbi testatur de eadem obseruantia in Romana Curia, de qua etiam testatur Hieron. de Monte in tractatu de finibus, reg. c. 56. num. 4. & 5. Quam etiam tanquam communem & seruatum sequitur Iur. Franciscus Turzan. in suis communibus opinionibus opinioe 43. in fin. & Jul. Clar. in pract. crim. §. quest. 6. versic. debent etiam, in fine, vbi quod opinio Bartoli contraria est multum aspera, & si tenetur in practica vix reperitur ex mille testibus vnus, qui recte super fama publica deponeret, & quod obseruantiam Romanae Curiae debent omnes aliae Curiae imitari, prout apud eum, ita etiam indistincte seruari testatur Ioan. Marfil. Monticel. in reperiario testimon. fol. 386. col. 1. versic. 2. & fol. 388. col. 1. versic. 2. & bene probat Hypolit. Kiminal. consil. 363. num. 146. volum. 4. Burlat. consil. 87. num. 47. vbi de magis seruata opinioe & consil. 90. num. 6. lib. 1. Malfcard. de probat. lib. 1. conclus. 496. num. 19. & lib. 2. conclus. 749. num. 4. Petrus Ant. a Petra in tract. de fideicommissis q. 13. num. 110. in fin. Ludouic. Peguera decisioe crim. 17. num. 25. versic. propterea, Baldum, & alios refert Fatinac. ubi supra in prima parte, q. 47. num. 257. de inac. & tortur. ubi num. 259. quae opinioem sequitur dicens, quod sine dubio propter Rotae auctoritatem magis obseruatur in practica, licet contraria videatur magis communis. Et hanc sententiam ego cum eiusdem probat, declarando tamen vt infra licet testes de maiori parte ciuitatis non deponant, & ita quoque vbi communiter in practica obseruari.

69 Declaratur nunc primo hac sententia Baldi, & tenenda vt praecedat quando testes sic deponentes adducerent causas & coniecturas verisimiles, ex quibus orta fama, secus alias, si eas non adducerent, etiamque, dixerit se ita publice dici audiuisse, sic in terminis limitat praefatam Baldi opinionem Hieronym. de Monte ubi supra, d. c. 56. num. 7.

num. 7. iuxta tradita per Aymon. *consil.* 160. ad dubia. *num.* 7. *vol.* 2. quam etiam in terminis allegat Michael Crassius in communem opinionem *lib.* 2. c. 19. *quest.* 15. in *fin.* in *versic.* item opinio Baldi. *post.* intelligi. Petrus Anton. à Petra de *fid.* *de* *commiss.* *quest.* 13. *num.* 123. *versic.* sed omni casu. & Farinac. *d.* 47. *num.* 259. ¶ Quod verum intelligo præter quam ad inquitendum tantum, ad hoc enim censo sufficere quod testes prædicto modo deponant, licet causas & coniecturas præd. non adducerent; cum tunc agatur de præsertanda & indaganda veritate, cui sufficit testes præd. modo viam apertuisse; cæterum ad condemnandum seruanda est merito prædicta prima declaratio, quia tunc agitur de magno præiudicio & ideo merito quod testes de publico deponentes debeant prædictas causas & coniecturas verisimiles ex quibus orta sit fama adducere.

Secundo declaratur secundum nonnullos vt procedat in foro Ecclesiast. & Canonico prout est in auditorio Rotæ, in quo seruatur opinio Baldi. secus in foro ciuili in quo seruatur opinio Bart. secundum Hieronym. de Monte *ubi supra d.* c. 56. *post.* *num.* 7. in *versic.* vel etiam, vbi in id allegat Paris. *consil.* 67. *num.* 108. *vol.* 3. quam declarationem probat in criminalibus, quia in his seruatur ius ciuile, Farinac. *ubi supra n.* 160. Ego vero eam non probō, sed potius indistinctè in vtroque foro opinio Baldi. dummodo in cæteris, testes deponant de fama, licet de auditu à maiore parte ciuitatis vel oppidi nunciatim non testentur.

Tertio declaratur, vt non procedat opinio Baldi eo casu in quo fama facit plenam probationem, tunc namque neque in ciuilibus, nec in criminalibus, cum semper agatur de graui præiudicio, non sufficit ad probationem fama, testes dicere ita publicè dici, audiuisse, nisi etiam addant à maiori parte populi; ita in terminis alios allegans tenet Hieronym. de Monte, *d.* cap. 56. *num.* 8. & Michael Crassius. *d.* lib. 2. c. ap. 19. *quest.* 5. in *fine versic.* *post.* tamen conciliari, Petrus Anton. à Petra *d.* *quest.* 13. *num.* 123. in *versic.* sed omni casu, & Farinac. *d.* 47. *num.* 261.

Quarto declaratur præfata sententia Baldi, vt quamuis iuxta ipsam non sit necesse, quod testis dicat se audiuisse dici à maiori parte populi, non tamen per hoc suppletur alia sex requisita probationis fame secundum Hieronym. de Monte, *d.* cap. 56. *num.* 8. in *versic.* vel etiam *post.* *disci.* inferens ex hoc quod non per hoc testes probat, nisi exprimat causam vnde fama orta sit, vt diximus supra in prima declaratione, & nisi etiam dicat quod statim orta est tempore commissi delicti, & post illud in continenti, ¶ Non enim sufficit, quod ex intervallo orta fuit, nempe post accusationem, Inquisitionem, vel carcerationem, ita Gandin. in *Rubrica*, à quo, vel à quibus possit fama incipere, & *num.* 11. in *versic.* prima, quia fama, quæ statim orta non fuit, caret. in *practica criminali*, in 2. *art.* de *ind.* & *tor.* Hieronym. de Monte *ubi supra c.* 56. *num.* 3. & Farinac. *d.* 47. *num.* 177. vbi *num.* sequenti refert Bartol. & alios, qui videbantur contrarium tenere in hoc. Et tenta etiam eorum opinio resoluit veram esse doctrinam, quod regulatiter fama orta ex intervallo post delictum, & multo magis si post accusationem, Inquisitionem, vel carcerationem nihil valet, nisi causa ex quibus ortum habet fama superuenit post delictum, accusationem, vel Inquisitionem, vel carcerationem, quia tunc quan-

docunque superueniat causa fame potest ipsa fama oriri.

Hanc quartam declarationem sequitur Vulpel. *consil.* 30. *num.* 10. in *fine*, & *num.* 11. & 12. Contrariam tamen sententiam huic tertie declarationi tenet Paulus Galatin. *Thorem.* 21. *num.* 6. vbi quod opinio Baldi, & sequacium volentium famam probari per testes, dicentes se ita publicè dici audiuisse, procedat nedom vt dicti testes aliter non teneantur dicere à maiori parte populi, verum etiam, vt nec teneantur nominare auctores, nec exprimere causas, idemque affirmat Caputaquen. *decis.* 7. p. 2. Farinac. *d.* *quest.* 47. *num.* 217.

Has tamen opiniones concordat ibi Farinac. *d.* 47. *num.* 246. dicens, quod in casu quo fama facit plenam probationem, procedat nostra præfata quarta declaratio: in casu vero, in quo fama non facit plenam probationem, procedit secunda sententia modo in contrarium relata, videlicet suppleri per talem testem alia requisita, nempe explicationem causarum, & nominationem auctorum, à quibus orta est fama, quando sumus in foro canonico, secus in foro ciuili, & præsertim in causis criminalibus. Ego vero indistinctè veritas credo inquiri nihilominus, quod prædiximus in prima declaratione supra, vt ibi probauimus cum aliis, & præsertim cum ipso Farinac. *d.* *quest.* 47. *num.* 259. præterquam ad inquitendum, vt ibi quoque obiter cauius, & nominatio auctorum si de ipsis interrogetur, prout interrogari debet, & conluerum est, alias secus.

Licet enim testes super fama deponentes debeant nominare auctores, & eos à quibus fama ortum habuit, vt per Bart. in *d.* de *inure*, §. plurimum. *num.* 23. & ibi Martil. *num.* 55. cum sequentibus, est communis, vt plurimos referens tenet Farinac. *d.* 47. *num.* 229. etiam si testis non sit interrogatus, vt *ibidem*, *num.* 230. resoluit cum magis recepta sententia contra alteram communem opinionem. ¶ Hoc tamen non procedit, quando fama est orta ex probabilibus coniecturis & causis, vt dicebamus testes de his deponere debere, tunc namque cum personarum defectus suppleatur per argumenta probabilia, testes super fama deponentes, si exprimat dictas coniecturas & causas, non est necesse quod nominent eos, à quibus dici audierint, vt post alios quos allegat, bene demonstrant Ferrar. Gargiar. *inter consil. crimin.* *diuers.* *consil.* 126. *num.* 77. *lib.* 1. Ioan. Martil. Monticell. in *reperit.* *test.* *fol.* 387. *col.* 2. *vers.* antepenult. & sequenti, Hieronym. de Monte, *d.* c. 56. *num.* 9. Malcard. *de probat.* *lib.* 2. *concl.* 749. *num.* 20. & hos referens Farinac. *d.* 47. *num.* 135. vbi *num.* sequenti, idem voluit simpliciter in terminis opinio Baldi, & sequacium, quam supra probauimus. Sed iuxta à se dicta *num.* 257. & *segg.* vsque ad *num.* 265. de quibus supra, ego probō quod prædixi.

S V M M A R I V M.

- 1 Clamorosa insinuatio indicia manifesta, vel semiplena probatio quid sint, ad hoc vt inquiri possit contra delinquentes? De infamia, *num.* 2. De clamorosa insinuazione, *num.* 3. & sequentibus. De iudiciis, *num.* 14. & *segg.*
- 7 Infamia iudicium ad inquirendum sumendum est arbitrio prudentis, vt hic.
- 8 Testes ad probandam famam, & infamiam quot requiratur? & numeris *segg.*

- 13 Cap. Inquisitionis, & scriptis de accusatione, intellectus.
- 17 Index quanta cum maturitate debet procedere ex iudiciis ad inquirendum contra criminatum.
- 18 Indiciorum distinctiones ad inquirendum hic referuntur, & *num.* *segg.*
- 19 Iudicium à lege approbatum dicitur indubitatum.
- 20 Iudicium indubitatum oritur ex pluribus iudiciis dubiatis.
- 21 Indicia sunt proxima, & remota, & quæ sint illa, & hæc?
- 22 Indicia sunt aliqua leuia grauiora, & grauiorina. Et quæ sint hæc, n. 23.
- 24 Iudicium aliud est necessarium, aliud creditibile, seu verisimile, & aliud non repugnans.
- 25 Semiplena probatio quæ sit?
- 26 Inquisitio in criminibus occultis quam probationem requirit? & quid in criminibus manifestis? n. 27. & 28.

Infamia, clamorosa insinuatio, indicia manifesta, vel semiplena probatio quid sint?

Q V A S T I O II.

1 **Q**UÆRO. Supra q. 1. resoluius inquit non posse de crimine, contra aliquem in specie, nisi procedat infamia; clamorosa insinuatio, indicia manifesta, vel semiplena probatio, quid sint hæc, vt materiam intelligamus, in theorica, & in praxi?

2 Dico quod infamia est, quidam rumor ortus de aliquo crimine, non à maleuolis, vel maledicis, sed à probis, & honestis hominibus sparsus inter multos, & non semel, sed pluries procedit, & hic sufficit, vt moueat iudicem ad hoc quod legitime faciat Inquisitionem, vt colligitur ex *text.* in c. qualiter, & quando el. 2. de *accus.* & in c. Inquisitionis *codem tit.*

3 Clamorosa insinuatio idem omnino est, & pro eodem sumitur, quod infamia, ita Innoc. Abb. & Anania in *d.* qualiter, quando quos sequitur Soto *lib.* de *regend. secret.* *membr.* 2. q. 9. *du.* 3. *post.* *primam conclusionem*, & Aragon. *de iust.* & *iur.* q. 69. *art.* 1. & *pag.* *mibi.* 497. in *versic.* quoniam dictum est; *col.* 1. quidquid Nauar. ab eo citatus post Aret. in *d.* c. Inquisitionis n. 3. & in *d.* c. qualiter, & quando n. 76. velit inter ista distingui, qui in *d.* c. Inquisitionis vt diuersa ponuntur, dum ibi deciditur nullum esse inquirendum pro crimine, super quo quo non laboreat aliqua infamia seu clamorosa insinuatio non proceffit, & in c. licet *Hely de Simon.* dicitur per publicam famam, vel insinuationem frequentem.

4 Quare secundum Nauar. vere ista inter se differunt in hoc, quia infamia est, quando viri probi iudicialiter testantur esse talem morem, & famam de tali crimine non inter maleuolos, vel maledicos, sed inter viros probos, & honestos. Clamorosa vero insinuatio est vox totius populi, vel publicus rumor inter multos de tali crimine extra iudicialiter, quod etiam probat, & tenet frater Michael Salon *de iust.* & *iur.* in 22. *D. Thoma.* q. 69. *art.* 2. in *prima controuers.* *col.* 1480. addens *col.* sequenti cum Soto, quod quando vel astronomorum iudicio, vel alia via iniqua, vel diabolica Praxis Criminalis.

de crimine alicuius, vt furto, adulterio, vel simili foribitu rumor, nullam habet vim, nec efficit infamiam in iudicio.

Sed profecto præd. diff. iure non procedit, nec vera est secundum Soto, & Aragon, vbi sup. & Nauar. dum eam tenet fallitur, necnon & sequaces: tum quia pro eodem vtrumque nomen vlturatur in iure, vt constat ex *d.* c. Inquisitionis, §. *sortis dubitationi*, & c. qualiter, & quando el. secundo de *accusat.* tum quia cum iudex non possit procedere ad Inquisitionem faciendam, nisi infamia præcedente, vt communiter DD. concludunt, & deciditur expresse in *c. ch. oportet de accus.* & diximus sup. d. q. 1. necessarium est, quod ante iudicium infamia existat, atque ex consequenti non solum in iudicio, sed etiam extra poterit, & debet esse, sic vt clamorosa insinuatio, quæ licet extra iudicium sit, in iudicio tamen probari debeat competentibus testibus, idem igitur vtraque est.

Infamia ergo in proposito (sicut clamorosa insinuatio, vt per nos) non potest certo hominum numero contineri, sed est rumor sparsus per maiorem, vel bonam partem Viciniae, Collegij, Vniuersitatis, vel Conuentus in quo ille (sicut infamatus) habitabat, ita Soto *ubi sup.* adducens pro se Bart. in *l. de minore §. ornamenta ff. de questio.* vbi ait, quod infamia est opinio voce manifestata ex suspitione proveniens de re aliqua mala, & quævis Nauar. nihil tale habere Bart. censet, imò iuxta ipsum, infamia est, Rumor sparsus inter eos, quibus communiter incumbit tale scire: opinio Soti probatur ab Aragon *ubi sup.* & est recepta communior, & tenenda. Secundum Salon *ubi sup.*

Vbi ex ea deducit iudicium infamie sumendum esse arbitrio prudentis, quando iam opinio dicitur esse communis, nec requisit ad infamiam testes esse occultos, sed satis esse, quod audierint à fide dignis, vel habuerint indicia, vel coniecturas sufficientes.

Inquit tamen Aragon, & Salon *ubi sup.* non sufficere duos vel tres testes, cum iuramento asserentes esse publicam vocem, vel famam talis delicti à tali homine commissi: quia infamia, sicut fama, est communis opinio, voce manifestata, & dicitur communis opinio: quia paucorum dicta, nec bonam, nec malam famam efficiunt: & dicitur voce manifestata: quia interior notitia atque cogitatio, exultimatio potius, quam fama appellatur, quæ est quid superius ad famam, & est veluti genus ad illam, quia omnis fama est rumor, & non è contra: quando enim minor pars ciuitatis, vel viciniae, de aliquo habet opinionem rumor dicitur, quando autem maior pars ciuitatis, vel viciniae loquitur est fama.

Hæc autem opinio in eum sensum tantum vera est, quo intenditur affirmari, duorum aut trium hominum testimonium maxime iuramento rem testantium non sufficere ad efficiendam infamiam in quibus terminis caute, & bene loquitur Magister Aragon, non enim duo vel tres aut plures testes efficere possunt famam publicam, vel infamiam, nisi per maiorem vel bonam partem Ciuitatis, Oppidi, Viciniae, Collegij, Vniuersitatis, vel Conuentus hoc affirmetur: quia hoc est de essentia, & substantia publicæ vocis, & fame, vel infamiae; alia enim talis esse non potest, nec nuncupatur, quare recte dictum censo, quod duo vel tres testes etiam iurati (si tamen maior, vel bona pars populi, vel vniuersitatis hoc non affirmant, vel dicant) famam ipsam, vel infamiam non efficiunt: quia ex dictis paucorum fama non efficitur, quædo enim minor pars, ciuitatis, vel viciniae de aliquo

aliquo habet opinionem, rumor & dicitur, non vero fama vt dicebamus.

10 At vero fama ipsa, vel infamia, iam orta, & talis effecta per maiorem, vel bonam partem Vniuersitatis, vel Viciniae, &c. bene probatur in iudicio, duorum vel trium testimonio cum iuramento rem, hoc est, ipsam famam, vel infamiam attestantium, quidquid contrarium dicat Salon ubi supra, in quo profecto fallitur ex sequentibus. Primo quoniam publicitatem hanc, vel famam aut infamiam non a numero testium, qui id audierint iudicandum esse constat, sed ab auditu publico, hoc est a pluribus in publico: quare cum in ore duorum, vel trium fiet omne verum, vt in in Euangelio Domini nostri Iesu Christi canetur, referuntur in c. in omni negotio de testibus cum similit. duo vel tres testes de hac publica voce, & fama vel infamia in iudicio tam affirmantes prae maxime ad inquirendum sufficiunt. Secundo quia quodlibet aliud indicium duobus testibus probatur, vt infra latius in decursu huius operis docebitur.

11 Tertio & in terminis, quod famam duobus testibus probare sufficiat omnes ceteri in hoc concordant, etque communis opinio, & sententia secundum Iul. Clar. in pract. crim. q. 6. vers. sciendum est tamen: quoniam, & notorium probatur, duobus testibus, & ita se habet communis opinio, secundum Salic. in l. ea quidem n. 28. C. de accusat.

12 Quarto etiam in terminis, quia testes famam probantes ad minus debent esse duo, licet bene duo sufficiant, haec est communis sententia, vt plurimos allegantes affirmant Mascard de probat. lib. 2. conclus. 749. n. 1. & Farinac. in suis questionibus crim. in l. p. q. 47. de indic. & tortur. n. 208. & iterum num. 303. vbi nuncupatim loquitur in probanda alicuius infamia, vel bona fama & numeris sequentibus ampliat eam magis communis sententia, vt sufficiant super hoc testes singulares, dummodo sint contestes in specie infamiae irrogatae, de quo etiam per eundem authorem, ibidem n. 265. vbi num. sequenti eam declarat.

13 Neque obstat textus in d. c. Inquisitionis §. tertia de accus. cui innitebatur Salon ubi supra, ad tenendum contrarium, quia textus ille non agit de testibus deponentibus de fama, sed de affirmatiua, hoc est de visu non tamen praecedente infamia contra inquisitum, & sic in criminibus occultis deficiente igitur substantiali requisito Inquisitionis, vt est infamia coartuit Inquisitio, at vero cum ipsa probatur duobus testibus, aperitur via inquirendi: & sic assumendi testes de visu ad inquisitionem specialem, & haec de fama, & clamorosa insinuatione.

14 Quoad indicia haec multis, & diuersis modis a nostris diffiniuntur, vt patet ex pluribus authoribus adductis per Farinac. in suis questionibus crimin. in l. part. q. 31. de indic. & tortur. num. 27. cum sequentibus, & Aragon. de iust. & iure. q. 69. art. 1. & 2. pag. mihi 502. col. 2. in vers. de indic. vbiq. Secundo D. Thomam ibi, vbi infamia non interuenit, non qualiacumque, sed adeo expressa debent esse indicia, vt vehementer reum indicent, antequam ius emergat procedendi contra illum: adeo enim sanctae fama, & honori delitecentis rei, iura consulendum cauere, vt maluerint aliqua crimina impunita manere, quam delinquentes occultos a possessione sui honoris, & fama, atque vitae temere depellere: quod & iuri naturae valde congruum est, atq; consentaneum.

15 Ex quibus ipse (vt clare procedamus) conicio atque deduco: quod indicia sunt circumstantiae,

& signa ex quibus prudenter, & rationabiliter solemus de actionibus, & operibus fratrum nostrorum iudicare.

16 Quae triplicia sunt, quaedam certa, & expressa: ex quibus quadam certitudine morali, licet coniectare: vt si nudus cum nuda inueniatur in eodem lecto, signum est certum concubuisse, si quis euaginato gladio, & sanguine asperso deprehendatur iuxta occisum maxime inimicum suum, signum est certum, violentum atque evidens: alia sunt non ita certa, sed probabilia, vt si Ioannes Petro minatus sit, & post aliquod tempus reperitur Petrus occisus, nec cum nullo alio ipse Petrus vnquam rixatus sit, quam cum Ioanne est signum & indicium probabile, non tamen certum: potuit enim ab alio occidi, alia sunt leuia, quorum nulla est habenda ratio, vt si inueniatur cadaver in vno latere viae, & in alio Petrus transiens, aut quid simile, de quibus singulis generibus indiciorum plurima alia exempla finguntur a Doctoribus nostris de hoc agentibus, & integros tractatus, iustosque libros de eisdem conscribentibus, omnia tamen ad haec rediguntur.

17 Ex quibus omnibus colligitur, quanta cum maturitate teneantur iudices procedere in Inquisitionibus contra particulares personas factis: ratione indiciorum contra ipsas existentium, nam nisi sint tot adeoque expressa, vt quasi reddant certum iudicem de malefactore, illis vt nullatenus licebit, vt inquit Aragon. ubi supra vbiq; Caiet. in isto art. affirmat quod quando D. Thom. dicit indicia debere esse manifesta, id ad tria esse referendum: primo ad factum, cuius est indicium, ita scilicet, vt manifeste indicent tale factum. Secundo ad personam: sic vt indicent, quod ipsa perpetraverit tale facinus. Nam sicut praecedens infamia de crimine intelligitur, non de crimine absolute, sed de crimine huius personae ita vt persona sit diffamata de crimine: sic etiam in iudicia oportet, quod appareant indicia criminosa personae. Tertio ad processum, itaque huiusmodi indicia manifestentur reo, vt sciat se esse in tali articulo, constitutum: quod teneatur obedire iudici praecipienti, extorquentique veritatem, alioqui cum ipse reputet se esse occultum, & illa indicia non sint iuris, sed facti, ignorantia facti, quod latet ipsum, nisi iudex illi manifestet, excusabit eum: hocq; verum est: & haec quoad reum ipsum interrogandum iuridice, siue legitime de crimine, debent enim ad hoc secundum D. Thom. & communes indicia esse expressa: ceterum ad inquirendum censet sufficere etiam indicia probabilia de quibus supra: sufficiunt etiam ad inquirendum, hoc est, ad assumendas informationes super delicto infra dicemus.

18 Indiciorum praeterea alias diuersas, sed in idem penes tendentes, distinctiones Doctorum congerit late Farinac. d. q. 3. in n. 35. cum sequentibus, quas hic summarie referam, vt eas in promptu lector hic habeat. Prima est communiter a Doctoribus ab isto relatis sequitur Bald. in l. ea quidem num. 8. de accusat. nempe, quod aliud est indicium dubitatum, & non plenum, aliud vero indubitatum, & plenum: indicium dubitatum, & non plenum est praesumptio fortiter mouens animum ad aliquod credendum, vel discredendum, vt tenent plures DD. ibi per Farinac. citati num. 38. Indicium vero indubitatum, & plenum, illud est, quod arctat, ita vt omnino credat, nec possit in contrarium inclinari secundum Paulum de Castr. in l. fin. num. 5. C. de probat. quem sequuntur Conrad. & Boher. citati a Farinac. ubi supra, num. 36. vel sic, indicium

indicium indubitatum, & plenum est demonstratio rei per signa sufficientia, per quae animus in aliquo tanquam in proprio existente quiescit, & plus inuestigare non curat iuxta Bald. in d. l. ea, quidem sub num. 8. C. de accusat. & alios plures quos congerit Farinac. ubi supra, n. 37. inter quos citat. Menoch. Mascard. & alios, & exempla indiciorum indubitatorum referunt DD. de quibus alius quaestionibus agemus.

19 Illud tamen in proposito obseruandum est, quod quando aliquid indicium reperitur a lege approbatum, tunc vtique illud dicitur indubitatum, in specie. l. si quis. C. de adult. ita Brunus in tractat. de indic. & tortur. par. 1. q. n. 3. & 5. quem refert & sequitur Farinac. ubi supra, n. 40. vbi n. 41.

20 Rursum addit, quod quoties contra aliquem inquisitum vrgent plura dubitata indicia, tunc pariter, ex illa multitudine indiciorum dubitatorum resultat vnum indicium indubitatum, secundum Brunum ubi supra, n. 5. sed melius hoc comprobant, & exemplificant Guid. de Suzar. Bolog. Gand. Conrad. & Hippolyt. Rimin. citati a Farinac. num. 41.

21 Secunda indiciorum distinctio affertur per DD. communiter, de quibus per Farinac. ubi supra, num. 44. cum pluribus sequentibus, nempe quod aliud sit proximum, aliud autem remotum: proximum dicitur illud, quo positio, ponitur criminis effectus: & quo remotus illius effectus remouetur: vel quod tangit negotium, vel ipsum delictum, vel quod respicit veritatem rei, & delicti immediate per sensum visus, vel auditus, iuxta subiectam materiam: indicium vero remotum est illud quod non respicit immediate veritatem, sed circumstantias, vt ibi per eum.

22 Tertia distinctio indiciorum est leuium, & grauium, & grauissimum, vt per Iul. Clar. in pract. crimin. q. 20. sub princ. Leuia indicia secundum ipsum sunt, quae sufficiunt vel ad capturam, vel ad inquirendum, hoc est ad assumendas informationes super delicto: grauia sunt illa, quae sufficiunt, vel ad transmittendam inquisitionem absenti, vel ad ipsum torquendum: grauissima autem, quae sufficiunt ad condemnandum: sed quia haec distinctio Clari respicit potius effectum, quam indiciorum substantiam, ideo secundum Farinac. ubi supra, n. 54. cum sequentibus

23 Melius dicendum est, quod indicium leue est illud, vt supra dicebamus, quod frequenter, & facile contingit abesse, graue vero indicium quod frequenter, & facile contingit adesse, grauissimum autem indicium dici poterit illud quod frequentissime, & facillime contingit adesse, & indicia illa, quae colliguntur, & sunt probata, ex propria rei confessione sunt grauiora aliis, vt per Mascard. de probat. lib. 1. conclus. 15. n. 13. quem, & alios refert, & sequitur Farinac. ubi supra, n. 57.

24 Quarta distinctio indiciorum colligitur ex Menoch. de arbit. ind. lib. 2. casu 270. n. 7. scilicet, quod aliud indicium est necessarium, aliud creditibile, seu verisimile, & aliud non repugnans, de quibus late per Farinac. ubi supra, vbi supra, n. 65. cum sequentibus refert aliam, & vltimam indiciorum dist. nempe facti & iuris, iuris tantum, & hominis: necnon & iuris & de iure, vt ibi per eum.

25 Semiplena probatio est dictum vnus testis occultaris, ac omni exceptione maioris, vt concludunt omnes in diuersis locis, & nos quoque alibi latius sigillatim agemus Deo duce, inquit tamen Soto lib. 5. de iust. & iure q. 6. art. 2. semiplenam probationem, tunc tantum tribuere ius iudici in Praxis Criminalis.

terrogandi, tam reum quam testem, quando procedit via accusationis.

26 Nam ad procedendum via Inquisitionis, neque semiplena probatio, imo nec plena duorum, aut trium testium ad sufficiens, tribuere interrogandi ius ex text. in cap. Inquisitionis de accus. vbi praecipitur, quod etiam si duo, vel plures testes iurati affirmant cuiuspiam crimen, de quo tamen ille nulla infamia laborat non procedetur in ipsum in via Inquisitionis.

27 Haec tamen sententia Soti solum habet verum, & procedit in criminibus occultis, in quaestionibus: quia iudex procedere non potest, nisi praevio accusatore, vel aliquo eius officium supplente, vt praediximus d. q. 1. & semiplena probatio, imo & plena vicem accusatoris non habens fieri non potest vt ipsa sit sufficiens mouere iudicem ad inquirendum, vt supra respondimus contra Salon; ceterum in criminibus manifestis, quorum ex officio iudicibus incumbit facere Inquisitionem, vt si homo interfectus publice inueniatur, vnus solus testis esset sufficiens, etiam accusatore non existente (quia publicitas facti viam supplet accusatoris) ad hoc vt contra aliquem in particulari via inquisitionis procederetur, ipseque tunc teneretur dicere veritatem: nam si indicia sufficiunt ad hoc, quanto magis probatio semiplena, quae maiorem habet vim quaestionibus cumque iudicis, ita in terminis, rem hanc declarat Magister Aragon. ubi supra, d. q. 69. art. 1. & 2. addens cum Nauar. in c. inter verba conclus. 6. corollar. 48. n. 118. cum sequentibus, quod in criminibus occultis, nec etiam indicia sufficiunt, nisi simul etiam sit infamia.

28 Superest igitur, vtque supra, in d. quaest. resoluimus sufficere ad inquirendam solam infamiam, indicia, vel semiplenam probationem procedere in criminibus, & delictis manifestis in quibus constat de corpore delicti: scilicet vero in occultis, tunc namque, nec sola indicia, nec testes de visu sufficiunt, nisi praecedat infamia iuxta supra dicta: & haec de semiplena probatione per vnum testem omni exceptione maiore ad torquendum procedunt, vt infra suo loco dicemus. Ceterum, quoad inquirendum & sic ad recipiendas specialiter contra reum informationes sufficit vnus testis de visu etiam inhabilis, aut minus idoneus, vt infra in quaestione sequenti dicemus.

S V M M A R I V M.

- 1 Testis quilibet ad inquirendum an sufficiat loco diffamationis? & numeris seqq. praecipue, num. 5. & 6.
- 2 Quid de teste corrupto, & periuror?
- 3 Quid in periuro emendato?
- 4 Quid in duobus testibus corruptis, vel periuris?

An quilibet testis sufficiat ad inquirendum loco diffamationis?

Q V A E S T I O III.

29 VERO praeterea in materia Inquisitionis, an quilibet testis sufficiens sit ad inquirendum loco diffamationis? Et in hoc partem affirmatiuam probauit Bald. in l. sermo, vers. quaestio ergo, C. de testib. Brun. & Felin. quos refert & sequitur Bossius



Bossius in sua *pract. crim.* tit. de *inquisit.* n. 40. & 41. ubi quod infamis bene sufficit ad inquirendum, prout dicitur prelati DD. nisi statutum resistere.

2. Corruptus tamen, & peritius minimè sufficit ad hoc per textum in *c. sicus*, de *testib. ibi*, *aliquatenus non est admittendus*: quia licet Feli. *ibi* in *ultim. notab.* & Aret. *colum.* 3. contrarium videantur velle, non tamen dicunt quod testis coruptus & peritius sufficit ad formandam Inquisitionem, sed quod sufficit in viam Inquisitionis formandæ, & sic quoad Inquisitionem generalem; & ita intelligit, atque declarat Bald. in *d. l. seruos*, quidquid teneat contrarium Eman. Rod. in *sua Summa*, c. 7. *del. orden judicial*, n. 17. Et quod testis peritius, vel corruptus non sufficit ad inquirendum est vera & communiter approbata opinio, teste Bossio in *tit. de Inquisitione*, n. 42. & Viui. in *suis commun. opinio.* lib. 1. *verbo*, in *ultim.* & Bursat. *confil.* 35. n. 5. & 10. volumine 6. eoque & alios plures ad hoc refert Rolandus à Valle, *confil.* 57. n. 16. lib. 4. *ibi* n. 20. ampliat vt procedat etiam in perituro emendato. Limitat tamen Bossius vbi supra, num. 50. contra Decium in duobus testibus corruptis, vel peritius, ipsi enim faciunt indicium ad inquirendum.

3. Sed pro vera intelligentia huius quæst. distinguendum est: aut quærimus an vnicus testis etiam inhabilis, & minus idoneus, de ipso maleficio immediate faciat indicium contra reum quoad inquirendum, id est, quoad assumendam specialiter contra eum informationes super dicto: aut vero super aliquo indicio. In primo casu ad inquirendum vnus tantus testis de maleficio etiam inhabilis, aut minus idoneus sufficit, & ita debet intelligi Bald. in *d. l. seruos*, loqui in hac specie, vt constat ex verbis ipsius dicentis, quod testes prohibiti à limine depositionis non faciunt hoc indicium, sed testes, qui non sunt prohibiti à limine depositionis, non tamen sunt idonei ad plenam efficaciam probationis, bene faciunt hoc indicium (quamuis alij cum intelligant loqui de Inquisitione generali) & hoc appellat Bald. *ibi* *indicium facti*, scilicet, quod dirigit iudicem in viam persequutionis ad indagandum an ille talis, qui ab eo nominatur, sit reus illius delicti, & sic ad inquirendum specialiter contra ipsum. Cæterum ad hoc, vt testis deponens de ipso maleficio faciat indicium legitimum, quod Baldus *ibi* appellat *indicium iuris*, requiritur quod sit integer & omni exceptione maior, id est, talis contra quem nulla exceptio opponi possit, iuxta communem sententiam, quam refert & probat Clar. in *pract. crimin.* §. fin. q. 21. *versic. vnus testis*, de qua communi infra latius agemus, hic enim non est suus locus. *ibi* tamen Clarus prædicto modo intelligit Bald. in *d. l. seruos*, sitque ex hoc, vt ad inquirendum sufficiat vnicus testis, etiam inhabilis & minus idoneus & sic infamis, quod & sequuntur cæteri DD. supra allegati. Et an procedat in teste corrupto, & perituro, item & in focio crimin. & aliis huiusmodi postea agemus in *questione sequenti*, expedito prius 2. membro nostre distinctionis.

6. In secundo vero casu, quando agimus de probandis indicis ad inquirendum (cum supra alia *questione præcedenti* resoluimus eum communi, indicia probata sufficere ad inquirendum absque diffamatione) resoluendum est quolibet indicium, seu ad minus minimum & leue faciens ad causam de qua agitur, ad hoc vt de eo mentio, aut ratio habeatur, de necessitate debet saltem per

duos testes probati. Et hæc est indubitata in iure conclusio secundum Ioann. de Amicis, *confil.* 127. num. 10. & fuit glossa in *l. fin. verbo* *ad indicium*, *C. famil. creise*, quam sequuntur communiter DD. vt testatur Antonius Gomez in 3. tom. *variar. resolut.* c. 13. num. 18. & Angel. de Castro, *inter confil. crimin. diuers.* Doctor *confil.* 94. num. 16. lib. 1. Socin. *confil.* 54. n. 2. lib. 3. Marfil. *confil.* 59. n. 6. quos tres ultimos refert & sequitur Clarus in *pract. crimin.* §. fin. q. 22. & probat Tiberius Decian. in 1. tom. *tract. crimin. lib. 5. c. 35. n. 20.* & Paulus Paris, *confil.* 151. n. 1. lib. 4. Didacus Perez, in *lib. 8. tit. 15. lib. 2. ordin. col.* 596. est communis, vt plurimos allegans testatur Facin. in *suis questionibus crimin.* in 1. p. 11. de *indie. & tortur.* q. 37. n. 13. cum sequentibus, vbi ampliat hoc procedere etiam in crimine hæresis, & læsæ Majestatis, adde Malfcard. de *probat.* lib. 1. *conclus.* 462. n. 18. & 19. & lib. 2. *conclus.* 894. n. 1. & 4. lib. 3. *conclus.* 1285. num. 32. vbi de communi testatur & Marc. Anton. Eugen. *confil.* 27. n. 35.



S V M M A R I V M.

- 1 Testes ad probanda indicia remota an debeant esse omni exceptione maiores? & numerus sequentibus.
- 6 Pupillus doli capax non facit indicium ad torquendum, sed tantum ad inquirendum.
- 7 Limitatur vbi alij testes haberi non possunt alia & habitus.
- 8 In prædicta specie an duo impuberes sufficiant ad condemnandum? n. 9.
- 10 Quid requiratur probati ad hoc, vt fides faciat, & n. 11.

An ad probanda indicia remota testes debeant esse omni exceptione maiores?

Q U A E S T I O I V.

VERO modo in proposito, an ad probanda indicia remota testes debeant esse non solum duo, vt resoluimus in *ultis. questionibus præcedentibus*, sed etiam omni exceptione maiores? Quæ quæstio duas habet inspectiones, vnâ quoad inquirendum, de qua hic oportuit agimus, alteram quoad torturam, de qua etiam agemus vultu per transiendam, vt veram resolutionem quoad vtramque habeamus. Et generaliter quoad probandum indicia remota testes debeant esse omni exceptione maiores, est communis sententia, de qua testatur Bonacola in 2. p. *suarum commun. opinio. criminal. vers. indicia*, aut *just. præcedentibus*, lul. Clar. alios allegans in *pract. crim.* §. fin. q. 64. *versic. dixi quoniam*, idem Bursat. *confil.* 346. num. 8. lib. 4. & *confil.* 146. num. 6. volumine 2. Olfac. *de cõsione Pedemon.* 79. num. 16. Anton. Gomez in 3. tom. *variar. resolut.* cap. 13. de *tortur.* r. n. 18. in *fine* in *versic.* sed *certe eorum opinio*, & n. 19. Bertazol. *confil.* 39. num. 15. lib. 2. Malfcard. alios adducens de *probat.* 2. tom. *conclus.* 894. num. 3. Menoch. de *presumpt.* lib. 1. q. 91. num. 5. & vbi eam

eam probabilisorem dicit, ex rationibus ab Anton. Gomez. *vbi supra* adductis. Hanc defendit Hippolyt. Riminald. *confil.* 361. n. 39. cum sequentibus, vsque ad num. 46. volumine 4. & *ibi* n. 32. & 33. late respondet sigillatim contrariis Doctorum quorundam autoritatibus, & ampliat vt procedat etiam in atrocissimis, licet Clarus ab eo citatus contrarium dixerit. Sed is secundum ipsum loquitur non de iure communi, nec de generali consuetudine, sed tantum de obseruantia illarum Prouinciarum, in quibus Clarus conuersatus est, quæ ad alias Prouincias extendi non debet, vt in *iribus ibi* per Riminald. citatis.

2. Sed contrariam sententiam, in id quod ad probandum indicia remota sufficiant, & admittantur testes etiam non maiores omni exceptione, imò & infames, seu alios inhabiles, videtur probare glossa in *l. inuisa* la *segunda* in *verbo*, sed *nec pupillus in fin. ff. de testib.* quam sequitur Socin. *confil.* 54. n. 9. volumine 3. Bald. in *l. cunctos populos*, n. 5. in *fi. C. de sum. Trim. & Vide Catholic.* Hippolyt. de Marfil. in *sua pract. crimin. §. diligenter*, n. 8. vbi dicit esse notabile verbum, & perpetuo menti remendum in practica, sequuntur etiam relati per Roland. à Valle, *confil.* 24. n. 5. lib. 1. vbi n. 5. limitat, si testes sint inimici, vel quando agitur contra clericum: & quod testis inimicus etiam cum tortura non sufficit ad inquirendum tenet Innoc. in *e. cum P. de accusat.* quem refert & sequitur Bossius, in *de Inquisitione*, n. 52. Eandem secundam sententiam principalem contra priorem sequitur alios adducens Nouel, in *sua pract. in Rubr. de testib. in materia crim.* n. 15. & Matth. Gribal, in *suis reg. crimin.* inter *communes opiniones diuers.* in *vers.* licet ad faciendam semiplenam probationem, vbi affirmat sic tenere communiter DD. in *d. l. cunctos populos* in *fine*, Brunus inter *confil. crimin. diuers.* 115. n. 38. volumine 2. Bertaz. inter *eadem confil. crimin. diuers.* conf. 70. n. 10. eodem volumine, & inter *sua confil. volumin.* 1. *confil.* 341. n. 10. Paulus Meren. inter *eadem confil. crimin.* conf. 90. n. 42. volumine 2. Carcer. in *pract. crim.* 2. *tract. de indie. vso* ergo *quid sit indicium*, n. 7. Paul. Granut. *Theorem.* 23. n. 13. & præsertim, quando testes super remotis deponentes deponunt verisimilia, si infamiam per torturam purgauerint, vt cum alijs probat Malfcard. de *probat.* lib. 2. *conclus.* 894. n. 14. & idem quando testes sunt plures, quasi quod ex numero testimonium illorum inhabilitas suppleatur, vt cum alijs Malfcard. *vbi supra*, n. 13.

3. Quid tenendum? Ego profecto in primis animaduertio, non omnino esse fidendum allegationibus pro vtrâque parte *supra* citatis: competenti enim aliquam earum deficiet, quia nec id tenent, nec communem profiterentur, quamuis ad id per modernos citentur, tamen negari non potest quod articulus hic sit difficilis, & controuersus.

4. Deinde cum ita defino resoluens. Quod ad inquirendum sufficiant duo pluresve testes, etiam inhabiles & minus idonei, deponentes de indicis remotis Boss. *vbi supra*, n. 51. Tiber. Decian. 1. tom. *tract. crimin. lib. 5. c. 35. n. 8.* fecus vero ad torturam, quia duo testes probantes indicia remota sufficientia ad torturam debent esse habiles, & omni exceptione maiores, vt contra prædictam glossam & sequaces probat Ant. Gom. d. 3. tom. c. de *tort. reorum*, n. 18. in *vers.* sed *certe eorum*, qui hanc distinctionem & resolutionem, & Blancus *de indie.* ad *l. fin. ff. de questionibus*, n. 347. Marfil. in *l. de minore* sub n. 42. ff. *eodem*, cum alijs per Menoch. de *presumpt.* lib. 1. q. 88. n. 14. & similiter Brun. Gribal. Nouel. & Carcer. *vbi supra* d. n. 20. allegati, & *Praxis Criminalis.*

plures alios citans, ita etiam resolut Fatinac. in *suis questionibus crimin.* 1. p. de *indie. & tort.* q. 37. n. 25. cum pluribus seqq. *vbi* n. 30. cum seqq. idem probat contra Clarum etiam in atrocissimis & enormibus, atque exceptis criminibus, quoad torturam, nempe, requiri testes deponentes de indicis remotis, esse omni exceptione maiores.

Glossa autem in *d. l. inuisa* la 2. quæ contra priorem communem sententiam adducitur, non probat quod ad probandum indicium ad torturam sufficiat testes alios inhabiles, sed quod pupillus proximus pubertati, etiam si sit doli capax, non erit per hoc testis in criminalibus, sed quod faciet aliquod indicium. Quo fit, vt DD. eam allegantes & simpliciter sequentes alio non expresse non sint contrarii nostre sententia. Quando quidem non ex eo, quod huiusmodi pupillus faciat aliquod indicium, consequitur sufficiens id esse ad torturam: sunt enim pleraque indicia, quæ ad id non sufficiunt, vt constat ex DD. de re hac agentibus & præcipue ex præcatis. Quando quidem quædam sunt indicia, quæ sufficiunt ad inquirendum, quæ ad torquendum non sufficiunt, ad hoc enim grauiora, & vigentiora requiruntur, quam ad illud, ad torturam namque indicia debent esse clara in genere suo, & de iure probata, ex quibus iudex quasi certus reddatur probabiliter concludere, Rolandus à Valle, *confil.* 24. n. 23. lib. 1. Beccius, *confil.* 85. n. 1. cum sequentibus lib. sicut alie probationes in causis criminalibus debent esse luce meridiana clariore, vt in *l. fin. cum simi. C. de probat.* non sic ad inquirendum. Denique indicia ad torquendum, quæ sint sufficientia relinquuntur arbitrio iudicis, Beccius *d. confil.* 85. n. 18. *vbi* n. 21. quod hoc intelligitur de arbitrio regulato à iure, de quo agemus latius *infra* ad *fin. libri* in *materia indiciorum*. Et quamuis idem probandum sit à fortiori in indicis ad inquirendum, negari tamen non potest, quin leuioribus facilius mouendus sit iudex ad inquisitionem formandam, licet sufficientibus in genere suo, quam ad torturam imponendam.

Sic igitur ex *supradictis*, vt glossa illa dicens, quod pupillus proximus pubertati, & doli capax faciat aliquod indicium in criminalibus, minimè probet, id esse inditinctè sufficiens ad torturam, sed quod iuxta supra d. regulam sit: & ita glossam illam in hunc sensum allegat, & sequitur Angel. in *tractatu malef. verbo comparent diti inquisiti*, n. 13. & *ibi* cuius addit, plures allegans dicit in nostris terminis, hoc indicium non esse plenum, sed qualequale ad inquirendum, non vero ad torquendum, vel condemnandum, Carcer. in *pract. crimin. in cap. incip. vltimo*, n. 15. eandem glossam quod faciat indicium sequitur Salic. in *l. fin. C. de his quib. vt indign.* & quale indicium faciat refert plures DD. Paris de Put. in *tract. syndic. verb. an testis*, §. 1. n. 10. sequitur etiam illam glossam alios allegans Brun. in *tract. de indie. & tortur.* 1. p. q. 2. n. 16. cum sequentibus intelligens glossam illa velle, quod huiusmodi indicium non sit sufficiens ad torturam, tamen Ioann. Andr. in *addit. ad Specular. tit. de teste*, §. 1. in *versic.* item *quod est impubes*, & Bald. in *d. l. inuisa*, & in *l. seruos*, C. de *testibus*, & alij velint tenere contrarium, eandem glossam sequitur etiam Decius, in *l. 2. §. item impuberes*, n. 10. ff. de *regul. iur.* & probatur, *l. regia* contra *tit.* 16. p. 3. *ibi*: *Ma si recibiesen testimonio de menor de veynte años sobre pleyto criminal, o del que fuesse menor de catovze años en otros pleytos, dezimos que como quieras su dicho no enpeceria acabadamente, a quel cõtra que testiguare.* Peto si deo de *buè entendimãto*.